



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Disptatio I. De præcepto charitatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)



415

# TRACTATVS SEXTVS DE CHARITATE, ET EI ANNEXIS,

ET CONTRARIIS.

## PROOEMIVM.

**D**O S T Fidem, & Spem, agimus de Charitate, non quia Charitas illis sit inferior, cum potius omnium virtutum suprema sit, sed quia generatione est posterior, ut constat ex Tridentino, sessione 6. capite 7. De hac virtute latissimè tractant Theologi cum Magistris, in 3. à distinctione 27. usque ad 37. & cum Divo Thoma, 1. 2. à questione 23. usque ad 44. Nos vero sex disputationibus hunc tractacum absoluemus, omissis scholasticis questionibus de augmēto, & decremento Charitatis.

Prima erit de precepto charitatis erga Deum, & proximum.

Secunda de externo effectu charitatis, qui est eleemosyna.

Tertia de alio effectu, qui est correctio fraterna.

Quarta de quibusdam vitiis charitati contrariis.

Quinta de bello; rixa; & duello.

Sexta de scandalo.

## DISPUTATIO I.

De precepto Charitatis.

### PUNCTVM I.

Quid sit charitas, quod eius obiectum, & qua ratione  
à fide & spe distinguatur.

1. Charitas sumitur pro actu, & pro habitu.

2. Qua ratione charitas definitur.

3. Per charitatem amat Deus amore benevolentie.

4. Proprietas obiectio non posse inter Deum, & hominem veram amicitiam intercedere. Et sic illi satia.

5. Primarium obiectum charitatis est Deus Secundarium proximus, quatenus ad Deum referuntur.

**C**HARITAS aliquando pro actu, aliquando pro habitu sumitur. De verae acceptione accipi potest illud ad Colosensi; Super omnia hac charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. & t. ad Timor. 1. Finis precepti est charitas. Specialiter de actu locutus est Christus Dominus, Matth. 22. cum dixit, Dilige dominum tuum ex toto corde tuo, &c. & proximum tuum, sicut te ipsum. De habitu locutus est Paulus ad Rom. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris, & i. Corinth. 13. Nunc enim maneat fides, spes, charitas, tria haec major autem bonum est charitatis.

2. Hoc autem definitur, ut sit virtus theologalis, & supernaturalis, qui amat Deus amore supernaturali benevolentie, & proximo propter ipsum. Et virtutem theologalem, & supernaturalem constat, quia Deum immediatè respicit, & in illius summa perfectione complacet, quod est quid honestissimum, ipso est virtutem omnium perfectissimam inde probatus, quia eo

virtus perfectior est, quo perfectius nostram voluntatem diuinè subiicit, & conformat, cum diuina voluntas nostræ voluntatis regula sit, & mensura: at charitate perfectius Deo subiicimus, etiisque diuinæ voluntati conformamur, quam per teliquas alias virtutes; siquidem charitas in omnibus, & per omnia intendit Deo complacere, etiisque voluntatem execui, & hoc ab illo respectu proprii commodi, sicuti habet spes. Ergo est virtus omnium perfectissima, & ita videtur definitum à Christo Domino, Matth. 22. cum dixit, diligere Deum esse maximum, & primum mandatum, & à Paulo i. Corinthi. 13. Major autem horum est charitas, & ad Romanos 13. Plenitudo legis est dilectio.

3. Dixi est virtutem, qua amat Deus amore benevolentie, ut dicitur ab amore concupiscentiae, in eo consistit, ut velis amico bonum, quia illi bonum est, non quia tibi commodum est, cum autem Deo servire vis, quia ipse quilibet obsequio dignissimus est, amore benevolentie illum prosequeris. Et idem est, si ex eodem effectu velis proximo beatitudinem, non quia proximo bona est, sed quia est gratum, & iucundum Deo illum habere proximum. Adde non solum esse viri utrum, qua amat Deus amore benevolentie, sed etiam qua amat amor amicitiae. Est, enim vera amicitia inter Deum, & hominem, iuxta illud Iohann. 13. Vos autem dixi amicos, quia omnia, quia audiui à patre meo, nota feci vobis, & ratione constat. Nam vera amicitia in eo consistit, ut velis amico bonum, quia illi bonum est, ipsaque vicissim tibi bonum velit, quia tibi bonum est. Hoc autem totum reperitur in iustis qui Deum amant: cumque esse ita perfectissimum gaudent, quia illi bonum est. Similiter etiam Deus hominem iustum amat, de cuiusque iustitia gaudet, quia homini bona est: & licet huiusmodi iustitiam ad se, sicutque gloriam referat, hoc non ostendit amicitia, quia illum non refert ad se, quasi illa indiget, sed quia ipse rotis bonitatis est principium, & finis, sicut Perrum vera amicitia amore prosequeris, etiis eius amorem in Deum, tanquam in ultimum finem referas.

4. Dices, de ratione amicitiae est aequalitas, ut dixit Aristot. 8. Et hic cap. 5. sed inter dominum, & seruum, inter Regem, & subditum, & a fortiori inter Deum, & homines non potest esse aequalitas. Ergo non potest esse vera amicitia. Respondeo verum esse inter dominum, & seruum, inter Regem, & subditum; & inter Deum, & homines in pura natura constitutos non posse veram amicitiam intercedere. At si dominus seruum, & Rex subditum

Mm 4 extinat

DE  
STRO  
ALAO  
TOM.  
LE

eximatur ab fecatu subiectionis & servitutis, illumque in altiori gradu constitutus, & aliquo modo sibi similem faciat, vera amicitia intercedere inter illos potest, ut sepe intercedit. Deus autem media charitate diffusa in humanis cordibus homines eleuat supra statum sua naturae, illibetque quodammodo sibi similes facit, iuxta illud 2. Petri 1. *Maxima, & preterea nobis promissa donauit, & per hoc officiamini diuinae confortes natura.* Ergo vera amicitia inter Deum, & hominem intercedere potest. Secundo respondeo ad rationem amicitiae non requiri ut supponat equalitatem, sed sufficit, si illam aliquo modo constitutus, quod facit Deus charitatem infundendo. Respondeo tertio ad amicitiam non requiri equalitatem omnino, sed sufficere secundum quandam proportionem, qua ratione inter Regem, & subditum, & inter patrem, & filium esse potest vera amicitia, et non reperitur omnino equalitas, quia est amicitia supereminentia, ut dixit Aristoteles. *Ethic. cap. 7.*

5. Ex his constat quodnam sit charitatis obiectum, est enim primarium obiectum Deus ipse secundum omnes suas perfectiones, secundarium proximus, quatenus Deo referuntur, illiusque beatitudinem participare potest. Ut autem proximum per charitatem diligatur, non debet diligi propter aliquam bonitatem in ipso existente sine respectu ad Deum, quia tunc non charitate, sed amicitia, quia est virtus moralis, amaretur. Debet ergo amari propter bonitatem relatum ad Deum, scilicet quia est creatura Dei, & filius eius adoptivus, vel quia Deo placet, ut sic amerit, &c. Ex quo sic nullum actum charitatis theologicae virtutis habere veram rationem amicitiae erga proximum, sed volum circa Deum quia per virtutem theologicam non desideramus bonum proximo, quia bonum illius est, sed quia in bonum Dei cedit, scilicet in eius honorem, & gloriam. Ergo talis amor non est amor amicitiae erga proximum, sed circa Deum, scicte non est amor amicitiae erga seruum, cum illi bonum desideras, quia cedit in bonum domini, cuius ipse seruum est. ita docuit Valquez tom. 1. in 3. p. disp. 98. cap. 2. *Lectus de iustit. cap. 36. num. 23. Coninch. disp. 24. de obiecto charitatis dubitandi 1. numero 19. 20. & 23.*

## P V N C T V M I I.

## An sit speciale præceptum dilectionis Dei.

1. *Esse speciale præceptum dilectionis defendunt Doctores communiter.*
2. *Quibus impugnat hoc speciale præceptum.*
3. *Defenditur communis sententia.*
4. *Satis rationibus n. 2. adductio.*
5. *Explicatur modus huius præcepti.*
6. *An peccat aduersus hoc præceptum, qui vellet in hac vita perpetuo manere.*

7. **L**atum esse speciale præceptum de diligendo Deum tenent cum D. Thom. omnes eius expositores, Valent. disp. 3. que. 19. p. 1. Lorce. f. 3. disp. 47. Torres disp. 97. dub. 1. Coninch. disp. 24. dub. 2. n. 28. Sanchez lib. 2. cap. 35. num. 1. Bonacina disp. 3. que. 4. punt. 1. Probat ex illo Deuteronom. 6. *Diligite Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* *& ex ista anima tua.* *& ex tota mente tua,* &c. & ex illo. *Math. 22.* vbi loquens Christus de præcepto dilectionis dicit esse maximum, & primum mandatum. Neque deest ratio conueniens: si enim de fide, & spe, ut iam diximus, datur speciale præceptum, quomodo negandum esset charitati, quae nos Deo perficitur non?

2. Dices supradictas volum probate dari præceptum de habenda charitate, utpote ad salutem omnino necessaria, at non probare dati speciale præceptum de aliquo actu interno amoris, quo Deum aliquando ames. Primo, quia in Decalogo non continetur tale præceptum. Ergo signum est præceptum charitatis non esse præceptum aliquod speciale aliquo speciali tempore implementum, sed generale omnium præceptorum. Sicuti præceptum de proximi dilectione, quod Christus dicit esse secundum præceptum, non est speciale præceptum, sed in Decalogi præceptis continetur. Et confirmatur, quia in his duobus præceptis universa lex pender, & Propheta. Ergo haec duo præcepta in reliquis omnibus imbibuntur, neque sunt ab illis distincta. Secundò, quia Iohann. 14. dicitur: *Qui habet mandata mea, & seruas ea, illa est qui diligit me.* & alibi, plenitudo legis est dilectio. Ergo obseruantia mandatorum est dilectionis præceptum, & non aliud distinctum. Et confirmo ex illo 1. Iohann. 3. *Qui non diligit, manet in morte,* quod intelligi non potest de actuali dilectione, sed solum de habituali; alias continuè, & incessanter deberemus Deum actualiter diligere, quod in hac vita est impossibile. Cor firmo secundum ex illo Deuter. 10. *Nunc Israël audi, quid Dominus Deus natus petit à te,* nisi ut timeas Dominum Deum tuum, *& ambules in via eius,* *& diligas eum* in quibus verbis esti videatur dilectio Dei tanquam quid distinctum præcipi à reliquo viis mandatorum Dei. At si bene perpendatur, contrarium colligitur sequendum ibi præcipit timere Deum, ut quid distinctum, cum Iacob dixerit supra de timore non esse speciale præceptum, sed

per reliqua vagari. Quare illa omnia verba eundem sensum habent, scilicet Deum non offendere, sed omnia eius mandata obseruare. Tertiò in lege gracie solum datur præcepta de mediis necessariis ad salutem: ut dilectio actualis Dei super omnia non videtur necessaria ad salutem, cum in facramento Penitentie per attritionem consequi gratiam possit, qua obtenta obseruitur salutem. Quartò, si daretur hoc præceptum speciale, non solum effectus de diligendo Deum, sed de diligendo Deum ex toto corde, & ex tota anima, & cœptu locum relatum *Deuter. 6.* & *Math. 22.* At amare Deum in hac vita ex toto corde, & ex tota anima videatur impossibile, ut tradit August. lib. de perfici. iustit. ratiocin. 17. vbi inquit, *Cum adhuc aliquid est carnali concupiscenti, quod vel contineundatur, (v. contingit in hac vita)* non omnino ex tota anima diligitur Deus. Augustinus sequitur D. Bernard. *sermone 50. in Cant.* explicans illa verba, *ordinavit in ea charitatem.* Est (inquit) charitas in actu, est & id affectu, & de illa quidem que operis est, puto dare legem esse hominibus, mandatumque firmatum: nam in affectu quis ita habet, ut mandatur, & Ergo illa mandatur ut meritum, illa ut primum datur, & infra. Quomodo ergo iubenda fuit, que implenda nullo modo erat? Ex quibus verbis videatur claret Augustinus, & Bernard. sentire charitatem secundum affectum non præcipitam, sed solum in opere, hoc est, in executione mandatorum Dei. Propterea hanc affirmant aliqui non dari de dilectione Dei, & proximi speciale præceptum, sed esse generale indistinctum à reliquo. scilicet Valquez tom. de patient. q. 90. art. 1. dub. 4. num. 4. & Molin. 1. part. q. 63. art. 2. & 3. disput. unica, membr. 2. & id etiam quod affirmant Ianuenius concord. *Evangel. x. 8.* Maldonat. *Matt. 22. vers. 39.* dicit hæc duo præcepta maxima torus legis præcepta à Christo Domino: *domino, non quod distinctum ab aliis præceptis sint, sed ex alterorum compendium.* Ioann. Sanchez in *sele. disp. f. 1. n. 21.*

3. Sed his non obstantibus retinenda est communis sententia, afflentes præceptum dilectionis esse speciale, & non tantum generale de omnibus præceptis. Moutrier primò, & præcipit quia ita communis sententia affirmata. Secundò, ex illo *Math. 22.* vbi dicit Christus esse maximum, & primum mandatum: quod dici non posset, si non esset distinctum à reliquo, & illorum radix, & principium. Tertiò, quia Deus est obiectum summo amore dignum, tum ob perfectiones, quas in se habet, tum ob beneficia, que nobis conferit. Ergo decebat naturæ rationali imperare, ut hoc obiectum amet. Quartò, amare hoc obiectum est naturæ rationali summe conforme. Ergo si ita amandum homini representetur, & ipse per totum vitam eius amorem appellari, iuriam censendus est Dei facere. Addit. nihil gratis est Deo, quām noſt̄ animus, & voluntas, iuxta illud, *Fili pone me super coronum, ut signaculum super brachium tuum.* At per dilectionem tēs animus, & voluntas Deo perfectissime conceditur, non sic per reliquias virtutum actus. Ergo dicendum est esse de dilectione actuali præceptum.

4. Neque argumenta in contrarium conuincent, eis difficili sunt.

Ad primum, factum in Decalogi præceptis non continetur formaliter præceptum de dilectione Dei, & proximi, sed potius esse præambula ad omnia illa ut docuit D. Thom. 2. 2. q. 44. art. 1. ad 1. c. 1. que. 100. art. 4. ad 1. *Nauar. cap. 11. num. 5.* Sanchez lib. 10. *Decal. in prefatione.* Nam tria prima præcepta Decalogi non sunt de diligendo Deum, sed de illo honorando adoratione laetitia, iuramento, oblatione festorum, ac proinde non ad charitatem, sed ad religionem propriè pertinent. Reliqua, quanto excepto, que proximos respiciunt, negativa sunt, non occides, non furabis, non furtum facies, &c. Quare beneficentia, & misericordia in illis expressæ non continetur. Restat ergo, ut dicamus, hæc duo præcepta amoris Dei, & proximi ad reliqua omnia præambula esse, & in illis tanquam in primis principiis includi, ac proinde obseruatis illis doabus præceptis omnia obseruantur, quia in illis duabus viuuntur lex pendet, & Propheta.

Dices pendere viuenteram legem ex dilectione Dei, & proximi non actuali, sed habituali: siquidem ad oblationem reliquorum mandatorum non requiritur, ut actu diligas Deum, vel proximum; alia peccando contra religionem, vel iustitiam, peccates etiam contra speciale præceptum charitatis. Ergo signum est præceptum de charitate non esse de charitate actuali, sed habituali.

Respondendo viuenteram legem pendere ex præcepto dilectionis Dei, & proximi, non quatenus affirmatum est tantum, sed potius quatenus est negativum, nam secundum hanc rationem obligatur, ut nec Deum, nec proximum offendamus, & obligari temper, & pro semper, & secundum hanc rationem est generale præceptum reliquias præceptis commune, & in illis imbibitum: secundum autem quod affirmatum est, à reliquo distinguuntur.

Ad secundum cum suis confirmationibus eodem modo respondendum seruantes præcepta diligere Deum non possumus, & formaliter actu dilectionis, nisi præceptum sit de dilectione, sed formaliter virtualiter, & interpretatio, quatenus interpretatio potest Deum diligere, qui eius voluntatem exequitur.

Quantum argumentum peit, ut explicetur modus huius præcepti, quidvis intelligatur illis verbis, *Ex toto corde, & ex tota anima.*

¶ Pro quo supponendum est nos posse Deum amare supernaturalem amorem, appetitatio, aut intensio. Amore appetitatio amamus Deum; si eum omnibus aliis rebus preferemus, & ita ex illius amore affecti sumus, ut velimus omnia perdere, potius quam ipsum. Intensio autem amore super omnia amamus, si forentur, intensiorque actu, quam omnia alia diligamus. Contingere autem potest, & sapientia contingit, ut rem aliquam ames pro omnibus appetitatio amore, non tamen intensio, & contra, ut eam ames intensio, & non appetitatio, ut bene dixi Valent. disp. 3. qu. 4. punct. 1. ver. sed ut praeter. Praeceptum ergo de diligendo Deum super omnia de amore appetitio, & non de amore intensio intelligitur. Nam de illo amore intelligunt praeceptum, quod de se efficacit ad omnia precepta servanda: sed hic est amor appetitio, quia habens illum, preferit Deum omnibus aliis rebus. Ergo de illo amore praeceptum intelligitur. Addit. de intentione amoris praeceptum non datur, tum quia non datur de amore ita intensio, quia nulla ratione intensio esse possit; alia omnes hoc praeceptum exequentes amant Deum ita intensio, ac Christus amavit. Neque datur de amore ita intensio, qui expletat totam efficaciam auxilij, alia habens auxilium ad mandum Deum amore intensio ut octo, si illum amaret, ut quartus, non diceretur praecepto charitatis satisfacere. Neque etiam datur de amore, qui in intentione praecedit omnes alios cretos amores, solus filius qui de parisi morte, & condonatione doleret, & que intensio ac de suis peccatis, non amaret Deum super omnia. Addit. peccatum, si de facto intensio patrimentum amaret plusquam Deum iuxta illud Match. 10. Quia non patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus. Que omnia sunt absurdia. Ergo manifestum est ut non de intensio, sed de estimatione praeceptum dilectionis esse intelligendum: & ita aliis relatibus docet Sanchez lib. 2. in Decalog. c. 35. num. 2. Bonac. disp. 3. q. 4. de charit. punct. 1. Vafquez 1. 2. disp. 164. c. 3. Coninch. lib. 2. sub. 1. num. 14. & seqq. Suarez disp. 5. de charitate. scđt. 2. & alii apud ipsos. Quocirca argumento respondeamus praecepti quidem dominibus amare Deum super omnia ex toto corde, & ex tota anima secundum estimationem, non secundum intensio-rem, cum Bernard. & August. dixit hoc praeceptum non impleri in hac vita, in futura, intelligendi sunt non de materia praecepti, sed de fine ipsius praecepti. Materia, inquit huius praecepti est amor Dei appetitio, & hic in hac vita impleretur. Finis vero illius praecepti est Deo pro viribus contingenter adherere, qui finis solidum in celo a sanctis obtinetur, sic explicant August. & Bernard. Valent. 2. 2. disp. 3. q. 19. pun. 1. ver. Itaque cum August. Coninch. disp. 2. 4. de charit. dub. 2. n. 35. in fine.

6. Adversus hoc praeceptum affirmat Sanchez lib. 2. c. 35. in f. 11. cum Nauarr. summ. cap. 11. num. 20. Ledelin. in summ. lacrimatione. ibi de confess. poët. dub. 12. in interrogat. circa primum praeceptum. Man. 1. tom. summ. c. 11. fine Bonacina d. p. 3. quest. 4. de charitate. punct. 1. fine. peccare mortaliter eum, qui deliberaverit vel in hac vita perpetuo manere, quia praeferit Deo, eiunque visioni & fruioni deliciis huius seculi. At desiderare longam vitam affinat vacare cupit. Sed hoc dictum non viueat sicut approbo, ne enim ex eo quod velis in hac vita perpetuo durare, inferis te delicias humanas diuinæ fruitioni præferre, etiam cum longam vitam desideras, præfers pro illo tempore delicias humanae diuinæ fruitioni. Ergo hoc etiam sufficit ut peccas, quia funeraria percutias et pro vno, & minimo instanti diuinam fruitionem humanam voluntari postponere. Quapropter cum vitam sine termino desideras, solitus videris desiderare hac vita non priuari. Hoc autem per se malum non est, sed potius bonum. Ergo, Addit. te nescire, an post hanc vitam saluandus sis, an condemnandus. Ergo cum desideras in hac vita perpetuo manere, potes illud desiderare, ut periculum condemnationis fugias; sed hoc periculum fugere non est malum. Ergo non est peccatum mortale tale desiderium absolutum. Ergo solitus esse potest, cum de facto præponis tuam vitam huius facili bonis, quæ tibi Deus in æternum præparavit, quod tard. vel nunquam nisi sceleratissimo accidit.

## P V N C T V M III.

An hoc praeceptum dilectionis sit praeceptum de dilectione naturali, vel supernaturali.

1. Quid sentiat Valentia.
2. Neque est praeceptum directe de dilectione naturali, neque de supernaturali determinata.
3. Saugt cuidam obiectione.

**R**espondet Valent. 2. 2. disp. 3. quest. 19. punct. 1. ver. scđt. Rico secund. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 33. n. 4. per se obligare ad amorem supernaturalem in aliquibus casibus amore naturali esse contentum. Priorum partem probant, quia dilectio Dei debet esse ex fide, non facta, ad Timor. 1. hoc est, procedens ex cognitione supernaturali fidei, & circa obiectum supernaturale. Ergo debet esse supernaturalis. Item hac dilectio est necessaria ad salvandum, sed quidquid ad salutem necessarium est, supernaturale est.

Ergo Posteriorem partem probant, quia sapientia dilectio expostulatur solum ad impediendam Dei offendam, tunc dunque diuinum honorem: sed ad hunc effectum sufficit naturalis dilectio. Ergo non præcipitur supernaturalis.

2. Ceterum dicendum est te directe non obligari ad amorem supernaturalem, neque ad amorem naturalem, sed solum ut ames Deum super omnia ob eius infinitam bonitatem, quantum cum Dei gratia possis. Ex hac obligationis satisfactione oritur, ut illum ames supernaturalem amore, si habitum supernaturalem habeas, vel auxilium Dei extrinsecus supernaturali præueniens: si autem illis careas, amabis Deum naturali amore. Et ratio est manifesta, quia in tua potestate situm non est Deum amore supernaturali, potius quam naturali prosequi, quia cum haec differentia non tam ex obiecto formalis, quam ex principio influente in actu procedat, & haec principia non cognoscas neque cu[m] voluntati in operatione subdantur, ut possis ut pro libito principio naturali, supernaturali excluso. Efficaciter sane supernaturalem amorem directe præcipi non potest, sed solum indirecte, quatenus præcipitur tibi, ut ames Deum, quantum cum gratia possis, alias cognosceres te esse in gratia, sicut cognoscis præcepto amandi Deum te latifeciles.

3. Neque obstat præcipi dilectionem, quæ ex fide supernaturali oriatur, quæque ad salutem necessaria sit, quia non præcipitur directe, sed indirecte. Non enim præcipi tibi potest directe præstare, quod nullo modo cognoscis. At non cognoscis te supernaturali cognitione insigniri. Ergo non potest tibi directe præcipi amor ex supernaturali cognitione procedens sic docet, & bene probat Aegidius de Coninch. disp. 24. de charitate, dub. 2. n. 23.

## P V N C T V M IV.

Quo tempore hoc præceptum dilectionis obligatur.

1. Qui autem obligare in primo instanti usus rationis.
2. Non admittitur haec obligatio.
3. Fit satis rationibus n. 1 adductus.
4. Repellitur solium pro fine vita obligare hoc præceptum.
5. Neque approbatur semel tantum in vita hoc præceptum obligare.
6. Quolibet die festivo non obligat hoc præceptum.
7. Neque etiam obligat, cum Baptismus suscipiens est.
8. Neque item cum Eucharistia suscipitur.
9. Expenduntur aliquot casus, in quibus hoc obligatio à Doctribus agnoscitur, sed non approbarunt.
10. Licet ne ultra tres annos differri.
11. Raro fideliciter hoc positione præceptum violat.

1. **L**iquidum de præcepto dilectionis affirmatio (quia negatum semper obligat.) De hoc ergo præcepto variè Doctores sentiunt. Primum tempus, quo assignari solet, est cum primum rationis vium afferquis. sic Bannes 2. 2. quest. 4. art. 1. dub. 1. ad. 3. Nauart. summ. c. 11. n. 8. Toler. lib. 4. summ. c. 9. n. 9 & communiter omnes expoñentes. D. Thom. 1. 2. quest. 89. artic. 6. Vbi sanctus Doctor assertit illo tempore quilibet obligatum esse se ad Deum convertere, & omnia sua in eum tanquam in ultimum finem dirigere, quia conscienter est creaturæ rationali, ut suum creatorum recognoscet, & amet. Moventur autem ad hanc obligationem statim iam, tum ob rationem dictam, tum ob inconveniens, quod videtur sequi, si pro illo tempore haec obligatio negetur. Contingere enim potest, ut existens in originali, & ad rationis vium accedens, peccet venialiter proferendo scilicet aliquod otiosum verbum, aut officiosum mendacium, & cum tali peccato originali, & veniali est vita diccedat. Hoc autem est inconveniens, quia tali peccatori non est locus assignatus, siquidem neque est infernus, i. illuc enim soli decedentes in mortali adeunt. Neque limbus, quia ibi non est pene sensus, quia indiget veniale, neque est Purgatorium, ubi solum amici Dei purgantur. Ergo non est concedendum huiusmodi caus. Deinde, quia Innocentius 11. 1. in cap. maiores de Baptismo. §. sed abut., declarat dormienti adulto non remitti peccatum originale, quia hoc sine actuali mortali remitti non potest, ad cuius remissionem dormiens non se disponit. Sunt ergo in adultis originale esse non posse sine actuali mortali.

2. Ceterum haec argumenta non conuincunt, ut hanc obligationem ita grauem pro illo instanti assertamus. Nam licet convenienter sit, ut quilibet se, Iuquæ omnia in Deum dirigit, cum primum rationis vium afferquis. At hoc ex obligatione fieri nec luauitati legis diuinæ, nec imbecillitat humanæ consonum esse potest, immo potius videtur impossibile, nisi aliquo superiori, & extraordinario lumine illustretur. Quod sic proba. Nam ad executionem huius præcepti requiritur illius perfecta cognitio; at ante vium rationis nequecum pueri perfecte cognoscere, quomodo si Deus super omnia diligendus, accedente vero viu rationis, si tunc ligantur præcepto, ligantur sine illius cognitione. Itē nullus est qui cognoscat primum instans sua rationis principium. Quomodo ergo ligati præcepto pro illo tempore potest? Hæc quidem ratio conuincit (meo iudicio) si sumatur instans rationis

Physicorum

Physicum: & moraliter sumatur pro aliquibus horis, vel diebus, eti non ita conuinat, suo etiam modo efficaciam habet. Nam breui illo tempore vix possunt pueri instrui perfecte, in iis que necessaria sunt ad illius executionem. Deinde tard, vel nunquam instruantur, quod est signum sufficiens non adesse pro illo tempore talem in pueris obligationem, sic docent alios referentes Azor. 1. part. lib. 4. cap. 10. quæst. 6. & lib. 9. c. 4. quæst. 1. Valent. 2. 2. disp. 5. quæst. 19. punt. 3. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 15. num. 7. Coninch. disp. 2. 4. dub. 3. num. 4. Suarez 4. tom. de penit. disp. 11. sect. 1. n. 14. & 15. & de charit. disp. 5. sect. 3. n. 2.

3 Ad rationem aduentus respodendum admittendo dñ posse in homine existente in originali peccatum veniale, prout quan mortale, quod necessariò affundendum est, etiam concedamus pro illo principio vnu rationis dari præceptum affirmatum dilectionis, siquidem ex defectu plena deliberationis paret illud præceptum omitti, cuius omisso, vt bene dicit Sanchez *spræ*, solum venialis erit. Item poterit hac obligatio præcipue inter barbaros inincibiliter ignorari: stante autem tali ignorantia inuincibili nullum in eius omissione committitur peccatum. Ergo poterant tunc venialiter peccare, peccato mortali non commiso, arque adeò eum originali & veniali solūm decedere. Ergo tam in sententia contraria: quā in nostra assignandus est locus, quo debeat decedens in originali, & veniali macula adire. Dupliciter ergo argumento respondeamus. Primo ad diuinam prouidentiam pertinere, ne permitat aliquem solo veniali, & originali maculatum è vita decedere, sic Sanchez cum aliis dict. n. 7. At hoc gratis videtur excusatrum ad evadendam difficultatem. Quare secundò, & probabilius respondeo admittendo casum, posse, inquam, aliquem cum originali peccato, & veniali tantum mortali, ipsiusque ad limbum puerorum accessulum, ibique aliqua perpetua, & temporali pena confusione orta ex dispensatione sui ob illam maculam esse puniendum, sic Suarez tom. 4. de penitent. disp. 11. numer. 18. Coninch. disp. 2. de charitate, dub. 4.

4 Secundum tempus huius obligationis assignant aliqui solūm pro fine vite, sic Valquez tom. de penit. quæst. 86. artic. 2. dub. 6. num. 11. & hoc specialem loquendo iudicat verius Iohann. Sanchez in select. disp. 1. num. 21. §. negue frangitur, sed immerto in illud solūm tempus obligationem relictum, cum hoc præceptum imponatur ad rectam vitæ instructionem, dirigendasque nostras actiones in suum debitum finem, gratiam & amicitiam cum Deo conseruandam, que omnia potius in principio, quam in fine vite locum habent, sic Thomas Sanchez lib. 2. cap. 35. num. 8. Suarez de charit. disp. 5. sect. 3. num. 1. Valent. 2. 2. disp. 5. quæst. 19. punt. 1. vers. 7. & 40. & 41.

5 Tertium tempus huius obligationis, alij, quos tacito nomine refert Sotus lib. 1. de natura, & gratia c. 1. vers. dicamus ergo, assignant indeterminatum, & vicuum tantum, ita vt si quem in vita huic præcepto satisficerit non tenetur amplius illo, consenit Iohann. Sanchez dict. disp. 1. num. 21. quia cum nullum tempus signet Deus, quo debeat diligi, sed liberum homini relinquat, vt tempore à electo obligacionem exequatur, efficitur mortis tempore obligatum, effi, ante obligacionem non impulet, quia ultra illud tempus non restat aliud eligendum. At hoc dictum communiter à Doctoribus reprobat, vt testantur Sanchez, Valent., Coninch. & alijs, cum quia permittit in finem vite hanc obligationem reici, neque actat ibi exercendum esse, si ante die curii temporis illi aliquando faciscerit. Item derogat maxime amicitia diuinæ, vt semel tantum in vita ad sui exercitium obligat, si enim alia præcepta non vincit actu contenta sunt, sed plures expoliant, cui hoc præceptum omnium dignissimum viuere actu contentum erit.

6 Quartò alij per contrarium extremum affirmant tempus huius obligationis esse quilibet diem feluum, ita Sotus in 7. disp. 27. quæst. unica ad 3. §. quantum ad secundum. Tabien, verbo chorius quæst. 20. Angel. verbo seria, num. 41. Gabr. in 3. disp. 37. quæst. unica art. 3. Almain. quæst. unica. Fundamentum, quia Deus non tam honorandus est exterius cultu, quam interno, corpore, quam mente. Sed præcipius cultus internum, qui Deo exhibetur, potest, est dilectio super omnia. Ergo hec est illo tempore præcepta. Sed hanc obligacionem communiter Doctoris reciunt, quia non qualibet honoratio interna, qua diebus fests fieri potest præcipitur, sed solūm que necessaria est, vt ab opere seruili abstinenas, & Mille sacrificio interficias, quia solūm hoc præcepta sunt tam diuinum præceptio sanctificandi festa, quam Ecclesiastico. Sed hæc prædicta possunt, vt de se confat, sine actu delectionis, & ab hominè in mortaliter existente. Ergo. Addit nullum esse, qui de hac omissione fact: die festo se acusebit. Ergo credibile non est hanc esse obligacionem, alij parochi tenuerunt suos fideles de illa monere, & ad illius impletione excitare, quod videmus non fieri, sic docent cum D. Thom. Couriat. Nautar. Soto, & aliis, Sanchez lib. 2. cap. 35. num. 8. Suarez disp. 5. sect. 3. numer. 1. Coninch. disp. 2. 4. dub. 3. numer. 43. Bonacina disp. 3. quæst. 4. de charit. punt. 2.

7 Quinto alij dicunt adultos recipientes Baptismum obligatos esse hoc præcepto, quia suscipiens Baptismum se seruum Christi profiteretur, in cithique obsequio promittit toto vite tēpōte perseveraturum; deces ergo, vt hoc propositum firmetur diajino

amo. Item cum quis se militis adscribit, debet se, sicutque omnia in Principem referre. Ergo miles Christianus, qui in Baptismo suum nomen Christo concedit, omnia in illius obsequium referre teneret, sic Sotus lib. 1. de natura, & gratia cap. 22. vers. dicimus ergo, caſu 1. & lib. 2. de iustis. quæst. 3. art. 10. vers. 10. & 11. respōſio harum. Valenz. disp. 3. quæst. 19. punt. 1. vers. 1. secundus casus. Sed neque hæc obligatio à Doctoribus admittitur, quia ad dignè suscipiendum Baptismum, sufficit atritio concepera ex meo penit. quia amorem Dei super omnia non includit. At responder Valent. suprà, solūm probare amorem Dei super omnia non requiri tanquam dispositionem ad dignè sacramentum suscipiendum, bens tamen necessarium esse, vt quis rit, & fitmet le profitetur Dei seruum in Ecclesia Christi, cui se aggregat. Ceterum neque ad hunc effectum censeo amorem Dei necessarium esse, eñi fit convenientissimum: nam ipsius Baptismi suscepione cum attritione debita satie se seruum Christi posse, & firmum animum habere namquam ab illius obsequio recedendi, neque opus est militi Christiano omnia in Deum exp̄resse teke, sufficit si virtualiter referat, per prop̄positum, quod habet eius voluntari perpeccū obsequitum, sic alij relatis, docent Sanchez lib. 2. cap. 35. num. 9. verbi secundus casus. Suarez disp. 5. de charitate, sect. 3. num. 2.

Coninch. disp. 2. 4. dub. 3. n. 44. 8. Sexto defendunt alij, quiores Eucharistia sumenda est, obligare hoc præceptum, vt sic cum Deo intime vniuersus, sic Bannes 2. 2. quæst. 44. art. 1. dub. 1. ad tertium. Sed est obligatio sine fundamento, quia ex Paulo iuncto Trident. solūm habetur debere se hominem probare ad Eucharistiam media confessione, si conscientiam habet peccati mortalitatemque vilbi afflictum est per dilectionem actualē esse probandum peccato mortali carentem, & ita hanc obligationem reprobat ex communī sententiā Sanchez *spræ* n. 8. Azor. tom. 1. lib. 9. cap. 4. quæst. 1.

9 Septimò alij dicunt obligare hoc præceptum. Primo, cū matrycum subeundum, vel aliud egregium, difficileque opus agrediendum, quo expedite tunc firmare animum. Dei obsequio, sic relato Soto docet Valent. 2. 2. disp. 3. quæst. 19. punt. 1. vers. 1. quæst. 2. casus. Secundo convenientiam agnoscam, obligationem improbo, quia nullo fundamento nititur, oratione enim, alijisque virtutum actibus te misericordias, sicut Suarez disp. 5. de charitate, sect. 3. num. 2. Coninch. disp. 2. 4. dub. 3. n. 45.

Secundò, si beneficium magnum à Deo acceperis, quia expedie redamare, qui te ita amauit, sic Sotus dict. art. 10. responsio horum. Valent. quæst. 1. casus 4. Toler. lib. 4. cap. 9. num. 10. subdit Valent. Si beneficium est naturale ad amorem naturalem obligare, si supernaturale ad supernaturalem. Sed merito hunc casum Sanchez dict. cap. 35. num. 9. Suarez, & Coninch. *spræ*, rei- ciunt, vt pote firmo fundamento caret, quia ex beneficii receptione solūm iure naturæ ad gratias referandas obligari potest, & hoc non immediat post accepitum beneficium, potest enim absque mortali aliquandiū differri.

Tertiò dicunt obligare hoc præceptum quoties audis blasphemantes, & Deo graueni iniuriam inferentes, vt media tua dilectione iniuriam factam quasi repares. sic Sotus dict. art. 10. Nauarr. cap. 11. num. 10. Valent. dict. punt. 1. casus 6. Sed immerto hæc obligatio charitati imponitur, cum si aliqua est, religioni adscenda sit, cui incumbit diuinum honorem defendere, & illi ad verum impedit quoad possit. Quocirca vt hæc obligatio etiam religione sit, debet honor diuinus periclitari, nisi tu cius partes afflimes. sic Sanchez lib. 2. cap. 35. num. 9. vers. sextum tempus. Coninch. disp. 14. dub. 1. n. 4.

Quarto obligare hoc præceptum afferunt, cū grates infundunt tentationes, specialiter oīij Dei, & illis est periculum contentiendi: sic Sanchez n. 9. fine. Bonacina disp. 3. quæst. 4. de charitate, punt. 2. n. 2. At credo hoc verum non esse regule, quia alij viis superari tentatio potest, consideratione scilicet glorie promissi vincenti, & penitentia inferni succumbenti, quare nū dilectio Dei medium est nec necessarium (quod raro, vel nunquam præsumi potest), illius obligatio ob tentationes vincendas affirmat non debet. sic Coninch. disp. 2. 4. dub. 3. n. 45. & 55. Suarez disp. 5. de charitate, sect. 3. n. 3. vers. alij addunt.

Quinto afferunt alij, instant periculo mortis, etiamque peccati mortalis concius non sis, imo etiam illius concius sacramentaliter constituitur, te obligatum esse Deum super omnia diligere, sic Valent. disp. 3. quæst. 19. punt. 3. casus 7. Suarez disp. 5. de charitate, sect. 3. num. 3. Coninch. disp. 2. 4. dub. 3. num. 51. Movenur, quia licet certum sit attritionem cum factamento conferre gratiam, ebi non constat ralem attritionem habere, entit debes ad constitutionem, vt si latenter attritione habeas: agitur enim tunc de acetina salute, quam oportet omnibus modis fecuram redere. Secundò si in illo periculo, & necessitate omnis contritionem, contentus attritione dignus videris, vt nec attritione habeas. Tertiò ut dæmon grauissimas tentationes immitis, sciens modicum tempus habere: debes ergo animum in diuino obsequio firmare meliori modo, quo possit. Addit te velle cum Deo perpetuam amicitiam habere. Expedit ergo vt in fine vite illam habeas post viram continuandam. Faretur hanc obligationem esse fatus probabilem, & in praxi semper consulendam. At non est omnino certa, si peccati mortalis concius non es, nam illam retinunt. Azor. 100. 2. lib. 9. cap. 4. quæst. 1. Sanchez lib. 2. cap. 35. num. 9. vers. octauia tempus.

tempore, & probari potest infirmo rationes contrarias. Nam si ob incertitudinem attritionis, & gratiae obtentae, debes contritionem, & amorem Dei super omnia procurare, cum de illo amore nunquam certus sis, non solum semel, sed iterum obligatus eris concitionem elicere. Nam cum de salute isti arcam perdenda agatur, omnia modis tibi possibilibus secura reddenda est. Item nullus peccati mortalitatis consciens obligatus es, non solum dilectione habere, sed & sacramentum. Penitentia recipere, ut illa via securam reddet salutem, qua forte sacramentum non recipio periclitaretur, qua concedenda non sunt. Deinde ad tentationes vincendas dilectione. Dei super omnia necessaria non est, ut ipsam Coninch. fatetur, cum possit recordatione diuinis iudicij, & speculatur eternaz te munire. Quod autem conuenient ea firmare animum, ut si omnibus modis securus sis, non probat te obligatum esse, alias probat te obligatum esse actus omnium virtutum exercere, praecepit illorum, aduersus quas tentationes insurgunt, sicut hoc exercitio fecuror eris. Ergo omnem securitatem possibilium in illi caso non videris teneri praestare, suffici si pratessis que moraliter securitatem constituantur autem sacramentum recipio cum attritione supernaturali hanc faciat securitatem, non videris ad dilectionem Dei obligatus contari.

10. Quapropter ut certum tempus huius obligationis signem distinguo duplum obligacionem, aliam, que per se, & ex via charitatis oritur, aliam, que per accidens ratione alterius adiuncti, cui charitas est dilectione necessaria est. Quando enim dilectione non est per se, sed aliunde necessaria, si illam omittas, non aduersus charitatem, sed aduersus aliquam virtutem peccas. Exemplo declaro. Exitus in mortali, vis ministrare, aut recipere aliquod sacramentum, tenetis peccatum expellere ex anima, ut dignemini, quod nisi media attritione cum sacramento penitentiae, vel contritione, que amorem Dei super omnia includit fieri non posset. Si igitur tunc omittas haec media assumere, & sacramenta ministrare, non aduersus charitatem sed aduersus religionem peccabis, quia ex religione obligatio habendi dilectionem, casu quo sacramentum penitentiae non recipiebas, ortum habebas. Sed de hac obligatione in praesenti non est sermo sed de illa, que per se, & ex via charitatis oritur. Hac ergo obligatione existimo quemlibet dulcum teneri, non singulis annis, ut placuit Petro de Le-defina 2. tom. summa tractat. 6. cap. 5. p. 6. conclus. quia hoc est animi durum, & nullo firmo fundamento nititur, sed aliquoties in vita ita ut non multo tempore hoc exercitium differatur; signata autem haec tempus, fieri non potest, sed prudenter arbitrio menundum est; reputaret autem dilationem trium annorum esse gravem. Nam qui tanto tempore diuinam bonitatem non reclamat, eam videtur contemnere, & in periculo eam offendendi, & humanis rebus postponendi constitui. sic Coninch. disp. 24. dub. 3. num. 5. Suarez de charitate disp. 5. sent. 3. num. 4.

11. Adiuero tamen raro quilibet fidem, nisi motibus deputatus sis, huius peccati reum existere, quia sapientia conatur confirmatione se ad absolutionem disponere, siveque beneficia diuinaz, & summarum bonitatis considerat, quibus ad effectum debitum amicitia excitatur.

## P N C T Y M V.

Vtrum teneantur ex charitate proxima  
diligere.

1. Quid sit proximum.
2. De habeat esse obligatum proximum diligere.
3. Propositus ratio dubitandi, an obligari ad aliquum internum amorem.
4. Amore Dei potest amori proximi satisfieri.
5. Satisfit rationi dubitandi n. 3. adducta.

1. Premittendum est, qui nomine proximi intelligentur? Huius sunt qui supernaturalis beatitudinis sunt capaces. sic Dogmata cum August. lib. 1. de doctrin. Chrys. cap. 23. 26. & 10. Quapropter fideli, & infideli, peccator, & inimicus praedestinationis & temporis nomine proximi veniunt intelligendi, quia omnes homines in hac via degredi, capaces sunt beatitudinis, illisque beatitudinem vel potes: quod si tibi reuelatum esset aliquem esse reprehendendam, & condemnandum, adhuc circa illum charitatem exercere potes, quia & velle possis absolue, ne plura peccata committere, & simplici affectu ut beatitudinem assequar, absoluere tamen ex suppositione, quod reprobus sis, velle non poteris illi beatitudinem, quia velles impossibile, scilicet revelationem non esse veram. Parte ratione de damnatio (qui etiam suo modo proximi nobis sunt) vel potes, ne tor peccata committant, & simplici affectu desiderare illius beatitudinem, non tam absoluere, quia absoluere est impossibilis. sic Suarez disp. 1. de charitate, sent. 1. a. 2. Hoc posito.

2. Dicendum est te obligatum esse ex charitate proximum,

sicut te ipsum diligere habebur Matth. 22. Diliges proximum tuum,

sicut te ipsum, ubi particulariter, non qualitatem, sed similitudinem denotat, quod frequens est in scriptura, iuxta illud Ioann.

13. & 15. Hic est preceptum meum ut diligatis inimicum, sicut dixi vos; & illud Matth. 5. Este perfecti, sicut & Pater vester caelestis perfectus est & tradit pluribus exornans Athanas. serm. 4. contra Arianum, circa medium. Diuus Thomas 2.2. questione 44. art. 7.

3. Difficultas est, an ad aliquem amorem internum procedentem ex charitate obligari est: Et ratio dubitandi est, quia comedem modo de praecipto dilectionis proximi locutus est Christus, iuxta illud Matth. 22. ac de praecipto dilectionis Dei, cum enim dixisset, Dilige Dominum Deum tuum, &c. hoc est maximum, & primum mandatum. statim subiungit, Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum. sed praecipuum dilectionis Dei obligat ad actum internum. Ergo & praecipuum dilectionis proximi ad actum interiore obligabit. Item filius patrem, vxor maritum, beneficiatus benefactorem, & similes tenentur interno affectu prosequi, quia beneficia accepta, & obligaciones impositae non solitus ad exteriores gratitudinem; sed etiam ad interiores mouent, incurrant, ac deuiniciunt. Ergo iam charitas obligare potest ad actum internum: quod si in aliquibus proximis hoc verum habet, in omnibus habere debet, cum praecipuum charitatis omnibus generale sit, & solum respicit proximum, quatenus ad imaginem, & similitudinem Dei factus est.

4. Haec ratio omnino conuinicit te obligatum esse amare proximum, illisque bonum desiderare. Sed hinc obligationi credo fieri satis amorem ipius Dei, qui falem virtualiter est amor proximi, iuxta illud Ioannis 4. Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Qui enim Deo placere in omnibus intendit, & illisque voluntatem exequi, necessarij salutem proximorum velle debet, illamque procurare, prout cognovet Deo placere. Autem autem proximum amorem interno distincto ab amore ipius Dei, credo te non obligari, nisi forte fuerit aliquando necessarius ad aliqua opera debita exhibenda. sic docent Scotori in 3. distinet. 10. §. quantum ad hoc, circa medium. D. Thomas 2.2. quaf. 25. art. 8. in corp. Lorca 2.2. sent. 3. disput. 18. num. 10. Suarez de charitate disput. 5. sent. 4. num. 4. Coninch. disp. 24. sub. 4. concl. 1. & 2. num. 66. & 67. Ratio est, quia ex charitate solius teneris diligere Deum, vel proximum, quatenus talis dilectione in illorum bonum cedat: at actum internum, praeceps in bonum proximi non cedit cum illi ineognitus sit; cedit tamen in honorem Dei, cui omnia patent. Ergo respectu Dei teneris amorem internum habere, & respectu proximi solum quatenus est necessarius, ad vitandum odium; vel opera misericordiae, & signa benevolentiae illi debita exhibenda: fauenteque huic sententiae omnian, quae de dilectione proxima tradit. Ioann. 1. cap. 5. & 4. & Paulus ad Roman. 13. & alibi. Nam si bene expendantur, totum praecipuum dilectionis proximi in operibus misericordiae constituerunt.

5. Ad rationem dubitandi respondeo, praecipuum dilectionis proximi esse simile praecipto dilectionis Dei, & esse idem cum illo, quod actum internum, quia eodem actu, quo diligens Deum diligimus & proximum, quod respiciens Ioann. 1. epist. 4. non dixit, haec mandata habemus a Deo, qui diligit Deum, diligat & fratrem suum; sed dixit, hoc mandatum habemus a Deo, qui si vnum, & non duplex sic mandatum. Et autem mandatum proximi simile mandato Dei, & ab illo distinctum secundum opera externa. Alia enim sunt, que hominibus exhiberi debent, alia que Deo. Sed quia horum operum exhibitor a iure naturae, & diuino procedit, ex eodem respectu, scilicet Dei super omnia dilecti, id est unum praecipuum alteri dicitur esse simile.

## P N C T Y M VI.

Qua ratione cum inimicis, & peccatoribus procedere debeas, ne charitatis praecipuum offendas.

1. Obligatio est diligendi peccatores, & inimicos.
2. Non potes peccatori, vel inimico velle malum, quia malum illius est.
3. Neque potes velle vindicari, sed teneris ex corde remittere offendam, in modo neque prebere alii fundamentum suspicandai te non remittere.
4. Quid debet facere, ne hoc fundamentum probeas.
5. Per se non teneris inimicum occurrentem salutare; at aliquando teneris.
6. Si ipse te prius salutavit regulariter teneris.
7. Si inimicus veniam postuler, teneris signa exhibere amictia.
8. Non teneris satisfactionem debitam pro iniuria remittere.
9. Si offendit satisfactionem exhibeat, vel iniuria tibi non posset, adhuc potes accusationem instituere, & satisfactionem a iudice exponere.
10. Cum duo offendant, quia teneris prius veniam petere.
11. Quando offendens proximum obligatus sit veniam petere.
12. Aliquando teneris alloqui inimicum, si inde scias ab odio fore, vt desistat.

Certum

**C**ertum est secundum fidem te obligatum esse tam iure sunt verē proximi ad imaginem Dei creati, & supernaturalem bonorum capaces, ob quā redduntur amores digni. Neque enim obligari amare peccatorē, quatenus peccator est, neque inimicū, quatenus inimicus est: hoc enim est te obligare amare culpam, & Dei offensam sed obligari amare illos, quia tibi proximi sunt, & naturā conformes. Conclusio satis probatur ex illo *Luce* 6. vbi loquens Christus de dilectione inimicorum, dixit, *prosternit ut facias vobis homines, & vos facite illis simillimes*, & *Matth. 5. Ego autem dico vobis: Dilige inimicos vestros, & benefacite iis qui oderunt vos, &c.* Cū autem Christus Dominus nūlūm morale praeceptum praeterea a qua sunt sacramentorum, rulat in lege gratia, quod iure naturae latum non est, vt cū *D. Thom. 1.2. quæst. 10.8. omnes supponunt*, efficitur sanē hoc præceptum dilectionis inimicorum iure naturae haberi. Neque obstat legi veteri odium inimicū videri præceptum illis verbis *Matth. 5. Auditis, quia dūtum est antiquis, Dilige proximum tuum, & odio habebe inimicum tuum.* Quia nulla in parte veteris Testamenti habentur, sed *Phatnæis, & Scribis erat introductum ut probat Ioseph. in sua concordia, c. 40. Lyra super illum locum.* *Lorca 2.2. scđ. 3. disp. 23. n. 13. Ade antiquis non esse præceptum, aut permisum odium inimicū respectu aliquius inimici.* Voco odium inimicū, quia scilicet velles inimicū malum, quia malum illius est: quia hoc permitti non poterat, ut ipso intrinsecus malum & nullo bono fini deferebūs, bene tamen permitti, & præceptum fuit odium abominationis, quo scilicet aliquem tanquam nobis malum, & infelicitatem aduersamur, & cupimus omnino defrui, & perire, & hoc odium non fuit antiquis permisum respectu cuiuslibet inimici, sed respectu illius, qui legem Dei auferabatur, & Iudeos ad idolatriam excitabat, quales erant Chananaei, quibus cum amicitiā inīte Iudei erant prohibitiōne potius renabantur eos auferari, & pro virtibus delere. *Exod. 34. n. 16. Regum. 11. vers. 2. & tradit Gregor. homil. 38. in Euangel. post initium.* Hoc autem odium abominationis honesto fini habitum, quodque potius in operibus extermi, quā in interno affectu confitit, non est intrinsecus malum. Legē tamen gratia etiam hoc odium inimicorum sublatum est, vt Ecclesia minus conueniens.

2. Ex hac obligatione primō infurter, te non poterit peccatori, neque inimico velles malum aliquod, quia malum illius est, quia hoc est intrinsecus malum, & nulla ratione honestari potest. Quod si obicias, se p. in Scriptura conceditur mala grauiſſima peccatoribus imprecari, vt *Psal. 9. Conventur peccatores in infernum, & Psal. 18. Confessio super eum peccatores, & diabolus sit à deo eius cum inuidiatur, exat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum, quia certe grauiſſima mala sunt, & ad Galat. 5. *Vinum & abscondantur, qui vos conturbant.**

Facile responderet, nō enim illa mala peccatoribus imprecatur, quatenus illis mala sunt, sed quatenus per illa diuina iustitia ostenditur, & alij eorum punitione continguntur, ipsique a peccando ceſſant. Quid tūlo ipse Deus hæc mala peccatoribus inſig̃it, non autem ex odio illorum, quia vt dicitur Sapient. 1. Non detestatur in perditione impiorum. Item hæc mala non tam imprecantur, quād prædictum est, per modum imprecations prædictio fiat: sap̃t op̃itatus modus in Scriptura pro indicatio vienit, vt tradit Augustinus *Psal. 108. & Hieronymus Psal. 11. super illud, Dispersit dominus universalia labia, & super cap. 1. Thren. 8. Gregor. lib. 15. moralium, cap. 13.* Deinde in sensu formalis solent illæ imprecations accipi, ita vt sensus sit, pereant peccatores, & condemnantur, quatenus peccatores sunt ad eum corona culpæ, non tamen quatenus ad naturam Deli creati sunt, sic exponit Origen. lib. 8. in epist. ad Roman. super cap. 11. Euthym. Psal. 43. Hieronym. cap. 3. *Ezech. & cap. 4. Daniel.* & has omnes explicationes admittit. *D. Thomas 2. quæst. 15. art. 6. & quæst. 8. 3. art. 8.*

3. Secundū lequitur te obligatum esse iniurianti remittere ex corde offendam, etiam si non perat, quod est dicere te obligatum esse abstinere a volitione vindictæ, quia malum iniuriantis est, conclusio constat ex nuper dictis, & videtur de fide ex illo *Matth. 18. vbi Christus ministrat tradendos esse tortoribus qui ex corde iniurias acceptas non remiserint, & tradit Nauar. cap. 14. num. 25. Lorca 2.2. scđ. 3. disp. 23. num. 13. Suarez disp. 3. scđ. 5. n. 9. Valentia disp. 3. quæst. 3. vers. 2. secundū queritur. Coninch. disp. 24. dub. 6. num. 82.*

Addendumque est te non solum obligatum esse ex corde remittere offendam, sed te ita cum inimico portare, vt neque ipsi, neque alii præbeas fundamentum suscipiendi rancorem, & iniuriam habere, quia ex obligatione charitatis teneris nemini scandalum est. Ex quo sit, si ipse veniam perat, & dolear de iniuria facta, ex obligatum esse significare illi te ex animo deposuisse oīum, quia si id non significas, præbeas sufficiens fundamentum ut omnes intelligant te vere illius esse inimicum, illiusque malum velle, & consequenter illi scandalum est, & occasio, vt inimicū perseveret. sic ex Diuo Thoma tradit Suarez disp. 3. scđ. 5. num. 6. Valent. 2.2. disp. 3. quæst. 3. punct. 2. circa fin. Coninch. disp. 2. dub. 6. num. 93.

4. Sed inquires, quid debet facere ne præbeas fundamentum suscipiendi te odio profequi inimicum?

Respondeo nulla regula certa id præscribi, posse sed prudentia

arbitrio spectans circumstantiis esse mensurandum. Placet tamen aliquos casus subiungere, ex quibus alijs contingentes decidi possunt. Et inīd, non licet tibi inimicum, quia inimicus est, excludere ab oratione, beneficio, auxilio, opere in gratiam alicuius communis factō, cuius ipse inimicus est pars, quia eo ipso significas te inimicum odire, si quis odium excitas, & proncas. Et in hoc sensu dixit Christus *Marth. 5. nos debet opere pro persecutoribus, & illis benefacere, hoc est, quando pro aliis oramus, aliquid benefacimus.*

Dices te obligatum non esse salutare, eleemosynam distribuere, sed gratis, & pro libito facis. Ergo potes his, & non aliis conferre.

Respondes negando consequentiam, si ea exceptio est odij signum, se p. enim obligatus non es orare: at si oras, debes attendere orare. Si ergo dicendum est, eti si obligatus non sis orare, eleemosynā communis tribueres, tamen tribus, debes omnibus tribueres, ne inimico occaſione offendas, & alii fundimentum suspicandi et rancorem non depoluissis; sic ex communis sententia docet Suarez *di. p. 5. de charitate, f. 3. n. 7. Valent. 2.2. disp. 3. quæst. 3. punct. 2. circa finem, vers. tertio sequitur.* Coninch. *disp. 2.4. dub. 6. à n. 8. cum diu. Thoma, quæst. 25. art. 9. & eius exposito.* Dixi te non posse absque peccato a communi oratione, & beneficio inimicum excludere quia inimicus est. Nam si illam ex alia causa honesta excludis, illamque causam alii manifestas, non peccas; qui solūm peccate potes, ex quod signum præbeas inimicū, & inimicum ad odium excites, quod cessat, quando tirulo honesto facis exclusionem. Hinc est, si beneficium impatiendum omnibus non suppetit, poteris omittere calamitatem, & alii conferre, item si scires intercessione tuam pro omnibus factam, non omnibus profuturam, poteris pro amicis impende, inimicis exclusum, quia tunc non existunt inimicis, quia inimicis, qui pallium breue est; & multis operire non potest, quo in casu prudenter dictat, vt potius amicis, quam inimicis faueas, sic Valent. & Coninch. *suprà, cum D. Thom. Bannes, & Lorca ibi.*

5. Secundus casus est de obligatione falutare inimicum, cum tibi occurrit. Dico ergo per se nullam esse talēm obligationem, quia per se omisso falutare non est signum odij, neque ad odium excitas, etiū debita non est, & liberè omitti potest. Non enim omnes, qui tibi occurruunt, falutare teneris, neque ex falutacione omissione censoris in falutatu omisso. At inimicis non tenet specialia signa amicitiae exhibere, cum ratione inimicitiæ potius indignatio fuit constituti. Ergo non teneris per se inimicum occurrentem falutare, sic Coninch. *disp. 2.4. dub. 6. num. 91. Bonacina disp. 3. quæst. 4. de charitate, punct. 3. num. 3. Sua. disp. 3. f. 5. num. 8.* Dixi per se non esse odij signum: nam aliquid est potest, scilicet cum inimicitiæ est publica, & ante inimicitiæ solitus furtus inimicuum occurrentem falutare, si tunc falutacione omisitas, sine dubio scandalum generas, & sufficiens præbes fundamentum suscipiendi ob solam inimicitudinem omittire, quod à fortiori militat, si inimicus sit superior, si tunc falutare omittas, illum censoris contempnas, & odij potest esse signum omisso falutacione, sic Valent. 2.2. disp. 3. quæst. 3. punct. 2. vers. hinc sequitur. Coninch. *disp. 2.4. dub. 6. num. 91. Lorca disp. 2. numer. 28. Bonac. suprà, & alij.*

6. Sed quid si ipse inimicus te falutaret.

Respondeo regulariter loquendo, te obligatum esse refutare, quod si non facias, non solum contra urbanitatem peccas, sed etiam contra charitatem, quia postea inimicitiæ censoris omittire ob inimici contemptum, illaque occasionem præbes inimicitia perfeuerandi, sic Suarez *di. p. 5. scđ. 5. n. 8. Coninch. Valent. Lorca, Bonacina suprà.* Emanuel Saá in *veraq̃e editione, vers. charitas, num. 9.* Excipit tamen debet calus, in quo scilicet inimicitiæ non soleat falutare, etiā si calus rarus est, & solum habere potest locum in homine ubi longe in inferiori; tunc enim nec contemptus, neque odij potest esse signum omisso falutacione, sic expressè Coninch. *n. 91. cum Bannes, Valent. Lorca, Nauar. & Bonac. disp. 3. q. 4. de charitate, punct. 3. n. 4.*

7. Tertiū casus est de inimico nimis postulante, & dicendum est te obligatum esse aliqua signa exhibere, quibus significes illum in amicitiam recipere, quia omisso talis signi in illa occasione est signum inimicitiæ, & odij, sic Suarez *di. p. 5. scđ. 5. n. 9. Bonac. punct. 3. n. 5. Coninch. disp. 2.4. dub. 6. n. 91. Emanuel Saá vera bo charitas, n. 8. & alij apud ipos.* Excipit autem Coninch. ab hac obligatione superiorē offensum, affirmat namque hunc potest aliquantulum retardare remissionem, & animum offensum ostendere, vt subditus gravitatem sue culpæ apprehendat, illamque rerum fugiat; quia tunc illa ostensio non est signum inimicitiæ, sed potius amicitiae, cum in bonus subditus sit, sicuti fecit David cum Absalom, cui diu suum conspectum difulsi. Item illa ostensio est quodam culpæ punio, quod superioribus, & non alii permisla est. Cauendum tamen est, vt bene ipse Coninch. adiuvet, ne ex dolo sit, & ne ex illo orī intelligatur, nē subditus nimis exasperetur, consentit Emanuel Saá *suprà in edit. Complutens. com.* dixit, si scandalum abit, & sit aliqua occasio negandi salutacionem falutantem, & veniam postulanti, qui negaret non esse condemnandum, sufficit enim (inquit) non odire, & paratum esse in necessitate, vt proximo subvenire.

Verum in hac significacione amicitie non comprehenditur remissio satisfactionis debita pro iniuria. Sed non obstante petitione veniae illiusque concessione, potest offendit satisfactionem debitam petere coram magistrato? quia perit quod sibi debetur, & quod magistratus facere tenetur; sic post alios tradit Valentia 2. dispensat, quæst. 2. circa finem Suarez disputationis, sect. 3. num. 10. Bonacina disp. 5. quæst. 4. de charitate, part. 3. n. 5. Coninchus disp. 24. dub. 6. à num. 96. Caudens tamen est nimis rigor in hac satisfactione petenda, semper enim Christianus pieatem redolere debet.

Sed quid si offendit ultra humilem petitionem venia offert; satisfactionem iniurie factæ sufficientem prudenter arbitrio voluntaria talis conditionis sit, ut reparari non possit, ut concingi in morte filii, vel parentis, poteris ne in iis casibus prosequi actionem iniuriarum coram iudice.

Videatur negandam, ex cap. si quis confitit, 90. dñi. vbi Fabianus papadicit: si quis ob iniuriarum acceperat grauitate contristatus est, & satisfactionem oblatam noluerit admittere, grauissimis penis ad id compellendus. Secundò videtur procedere ex affectu vindictæ, cum ab ipsa villa propria villicitate damnum alteri procurans, illico probes sufficiens odij excitatum. Tertio quia contra conditum Christi procedis, debebas enim percutienti in una maxilla probre illi alteram; non tamen procurare, ut grauitas percutientis docent Beatae part. sum. cap. 10. Azor. 3. part. lib. 12. c. 13. quæst. 7. in clinam. Sylvestri verbo charitatis, quæst. 9.

Fator regulariter hoc consulendum esset: quia ratus est, qui ex amore iustitiae & offendit ex affectu vindictæ punitionem iniuriantis petet. Ceterum si proterteris non ex affectu vindictæ, sed iustitia te accusationem instituere, & punitionem iniuriantis petet, videntur non es, ut desistas, neque ob id est neganda ablato. Ratio est, quia iudices sunt constituti à Republica, ut diligentes puniant, & offendit satisfactionem exhibeant. Ergo offendit petens hanc punitionem, & satisfactionem, non potest aliud illud, sed porro quod iniustia vindicativa conforme est. Ergo haec petito non debet repudiat signum vindictæ, neque odij excitatum. Adde sepe esse conueniens reipublicæ, ne offendit ab accusatione desistat. Nam illo desistente solent criminosi facile veniam impetrare, & audacieores fieri ad similia committenda. Ut ergo ipse, & alij arcantur, & reipublicæ scandalo sit fatis, expedite offenditam prosequi actionem iniuriarum, & ita tradit expresse Suarez disp. 5. de charitate, sect. 5. fin. Coninchus disp. 14. dub. 6. num. 101. Lorca sect. 3. disp. 25. n. 3. Bonacina disp. 2. selectarum, num. 11. vbi addit licetum tibi esse non solum coram iudice petere vindictam iniuriantis, hoc est punitionem debitam, sed etiam à Deo, dummodo non excedas in petitione vindictæ ultra meritum culpæ, quia petis quoddam opus virtutis, scilicet delinqutens punitionem factam ab eo, cui potest faciem habet punienti. Neque obstante superius adducta. Nam cap. si quis confitit, solum probat grauiter compellendum esse eum; qui satisfactionem iniuriantis non vult admittere, ut videtur deponit, sic explicat Valentia 2. 2. disp. 3. q. 2. part. 1. circa finem, verba. neque Sylvestri. Ad secundum nego te procedere ex affectu vindictæ, sed ex affectu iustitiae. Ad tertium sufficit non esse contra Christi præceptum, ut licet fieri possit. Addo neque esse contra consilium, si ratio boni communis, & non tantum proprii sui commodi intercedit, ut sepe potest contingere.

Quartus causus est, cum duo le iniuste offendunt, quis teneat prius petens veniam, aut satisfactionem exhibere pro iniuria illata? Respondeo per se, & ceteris paribus obligatum est, qui prius iniuriam incolit, quia prius obligationem satisfactionis contraxit, & alter aduersus illum iurum petendit satisfactionis acquisitionis. Sic Nauart. cap. 14. num. 2. Coninchus disp. 24. dub. 6. num. 99. Bonacina disp. 3. quæst. 4. de charit. part. 3. num. 6. At si prior offendens leuiter iniuriam incolit, & posterior grauorem; vel prior est longe nobilior, secundus inferior, non videatur obligatus prius satisfactionem exhibere, sed illam suspendere potest, quodcumque alius sibi debitam exhibeat. sic Bonacina, & Coninchus supra, & Reginaldus lib. 17. num. 125. Et idem videtur dicendum: si præsumat petita veniam, & satisfactione pro sua parte exhibita alium non correspondunt: tunc enim titulo recompensationis retinetur quasi in depositum satisfactionem poterit, quodcumque videat alium paratum debitum exhibere: sic Bonacina farr.

Sed inquires, an offendens obligatus sit semper venianti petente, aut satisfactionem competentem exhibere, neque in abdolu, si facere nolit? Respondeo se p. ab obligatione pendit veniam, & satisfactionem exhibendi excusat offendit, idque posse absoluti. Primum excusat in casu proxime dico, quando alius incolit grauissimum iniuriam, vel præsumit similitate non satisfactum. Secundò si Iesus non sit contentus satisfactione prudenter arbitrio competente, sed exigat immoratam, qualis esset, si vellet ut aliquo modo infami peteret veniam, quia ante sententiam iudicis, & ad hanc tam ardua, & difficultate nullus tenuerit. sic Coninchus disputatione 24. dubio 6. numero 100. Tertiò si penitus circumstantiis censetur Iesus satisfactionem remississe, aut de illa parum curare, quod fieri

tert. de Castro Sum. Mor. Pars. I.

intelligitur, si non exigit, cum facile possit, vel cum iudicentia amicabiliter pertractet, ac si nullam iniuriam accipisset. sic Coninchus supra numero 100. Extra hos ergo, & similes casus, si offendens nolit veniam petere, aut satisfactionem competentem exhibere, nequaquam absolu debet, quia non potest esse contritus, cum nolit obligationem debitam satisfacere. sic Sylvester verbo iniuria, questione 5. Coninchus disputatione 24. dubio 6. numero 102.

Sed quid si offendit ultra humilem petitionem venia offerat; satisfactionem iniurie factæ sufficientem prudenter arbitrio voluntaria talis conditionis sit, ut reparari non possit, ut concingi in morte filii, vel parentis, poteris ne in iis casibus prosequi actionem iniuriarum coram iudice.

12 Quintus casus est, an si tias alloquendo inimicum, & alias signa benevolentia illi exhibendo ab odio fore, ut desistat, præstare teneris. Repondeo cum distinctione, si grauem difficultatem in iis exhibendis censeas, cogendas non es, quia non videtur teneri cum tanta difficultate salutem inimici procurare, sic expressè Coninchus disputatione 24. dubio 6. numero 92. & indicat Suarez disputatione 5. sectione 5. numero 8. vbi solum inquit, aliquando haec pro salute inimici facienda esse. Verum tibi haec præstare grauiter molestum non est, sine dubio teneris, quia bonum spiritualis inimici, sicut & cuiuslibet proximi præstare debes, etiam cum aliquo tuo incommodo, alias non eset nobis præceptum, Exod. 21. leuare asinum inimici iacentem sub onere, & Proverbio 25. clivitatem impicum cibare. sic Suarez supra, & Coninchus numero 97. & Bonacina alias referens disputatione 3. questione 4. de charitate, parte tercia, nra. merito 3.

### P V E C T V M — V I A .

Vrum in bonis spiritualibus teneamur nos  
ipsos in amore apreciativo præferre  
omnibus proximis.

- 2 Quæ sunt bona spiritualia:
- 2 Obligari velle potius tibi gratiam, & gloriam, quam reliquæ omnibus.
- 3 Proponitur quædam obiectio de facto Moysi, & Pauli.
- 4 Pro aliquo tempore licitum tibi est velle beatitudinem catere, ut sanctis proximorum prouideas.
- 5 In bonis spiritualibus non obligatoris potes alios tibi præferre.

2 **B**ona spiritualia sunt in duplice differentia, alia, que quis libi, & proximis velle debet, alia que nec sibi, nec proximis velle tenetur. Explico. Ex charitate teneris velle gratiam, & gloriam tam tibi, quam cuiuslibet proximo, & omnibus illius impenitentis catere. Summaria autem gratiam, & gloriam, & que ad hanc perfectionem conducunt, qualia sunt euangelica consilia, neque tibi, neque alteri regulariter obligatus es velle.

2 Dico ergo primò obligatus es velle potius tibi gratiam, & gloriam, quam reliquæ omnibus, etiam vniuerso mundo. Conclusio est certa, quam tradit D. Thom. 2. 2. quæst. 16. art. 4. Valentia disp. 3. quæst. 4. p. conclus. 2. Suarez disp. 9. de charit. sect. 1. num. 2. Coninchus disp. 24. dub. 5. conclus. 4. & 6. & alij apud ipsos. Ratio est, tunc quia norma, & regula diligendi proximum est amor suis ipsius. Matth. 1. 2. Diliges proximum, sicut te ipsum. Ergo dilectio tui præfendenda est. Tunc quia caritas magis inclinat ad procurandum sui conseruationem, & augmentum, quam ad procurandam conseruationem, & augmentum aliorum, in quibus ipsa non residet, quia ad proprium augmentum inclinat per se, ad aliorum augmentum per accidens. Ergo velle prius debes tibi gratiam, quam aliis. Ergo non potes velle gratiam catere, ut alij ea consequantur. Addo te non posse gratiam, & beatitudinem amittere, nisi peccatum mortale committingo: ad hoc secundum fidem, iam si totus mundus saluus fuerit, committi non debet. Ergo neque potest velle gratiam, & beatitudinem amittere, ut totus mundus saluus fiat. Sed dentis sine peccato gratiam, & gloriam amici posse, adhuc non potes velle ipsius catere, ut alij ea consequantur. Tunc quia hac carentia non potest esse medium proportionatum ad huius finis conseruationem, potius enim possessio caritatis, quam illius carentia est medium, ut in aliis similiem caritatem excites. Tunc quia caritas ipsa obligat subiectum, in quo residet, ut sui conseruationem, & augmentum primo procure. Tunc denique quia gratias Deo est, ut quilibet procuret Deum amare, quod posse, quam ut procuret, ut alij ament, scilicet neglecto iuxta illud. Matth. 16. Quid enim proficit homini, si uniuersum mundum lucretur; anima vero sua detruitum patiatur.

N

3 Negat

3 Neque obstat Moylen Deuterom. 32. elegisse potius beatitudine carere, quam populum condemnatum relinquere. Dixit enim Deo, Aut dimittis illis hanc nosam, aut dele me de libro vita. & Paulum voluisse anathema esse à Christo pro fratribus, quia omisit alios explicationibus, que supradictis locis adhibent expositorum communiter, ea mihi magis probatur, que cum Augustina questione 147. super Exod. affirmat, neque Paulum, neque Moylen voluisse absoluere beatitudine carere, sed per quandam exaggerationem, & filiale confidentiam fuisse locuros, scientes non esse beatitudine priuandos, dixisse Deo, sic salutem proximorum desideramus ut si per impossibile vnum è duobus est faciendum, concedatur alii alterna salus, etiam nos à visione tua excludas, quod scimus facturum non esse; sicut si amicissimo diceres: Parce his rebellibus, vel dele me de tua amicitia, aut me cum illis interfice. Non enim vis moti, neque amicitia illius priuari, etiam si ille petitionem non concedat, sed per exaggerationem loqueris, ut declares te desiderare aliorum veniam, ac desideras vitam, cuiusque amicitiam.

4 Verum est, licet tibi esse, & laudabile velle pro aliquo tempore pati dilationem beatitudinis, ut proximorum salutis prouideas, sicut fecit Paulus ad Philippenses 1. Coactor è duobus desiderium habens, dissolui, & esse cum Christo, permanere autem in carne necessarium propter vos, & de S. Martino testatur in eius vita Bernard. morientem dixit: Si adhuc populo tuum necessarius, non recuso laborem, & sic de aliis. Quia carentia beatitudinis pro aliquo tempore determinato compensatur sufficienter voluntate aliorum, & meritorum proprio incremento. Nunquam tamen tibi sicut velle nec pro una hora, gratia, & charitate carere, etiam absque peccato futurum eset; quia non est medium ad salutem aliorum proportionatum, & præterea est contra inclinationem charitatis, que per huiusmodi desiderium in sui destructionem renderet. Si docet, & latecet probat Valentia. 2. 2. disputatione 3. questione. 4. puncto 3. concl. 2.

5 Dico secundum. Si bona spiritualia sunt extra obligacionem, poteris absque peccato alios tibi præferre. Si Valentia. 2. 2. disp. 3. quest. 4. punct. 3. concl. 1. Et ratio est manifesta, quia si nulla est obligatio procurandi illa bona nec tibi, neque aliis, sed pro libito ea tibi, & aliis procurare potesset illa alius procurans, & non tibi, non obinde argui potes, sed potius laudari, quia opus laudabile facis. Nihilominus verum est charitatem inclinare, ut potius tibi, quam aliis, hæc quæ ad perfectionem attinent, proceres. Sed quia ad hæc non obligaris, ideo potes absque peccato procurare aliis, & non tibi: At si bene adverterit, & tibi procurans perfectionem: non enim potes aliorum perfectionem promouere, quin tuam etiam promoucas.

## P V N C T V M VIII.

Vtrum in temporalibus bonis debeamus nos ipsos magis diligere: quam proximum.

- 1 Pro bono reipublice, bona fortuna, imd & vitam expendere debes.
- 2 In æquali tui, & alterius particularis necessitate, non teneris aliun tibi preferre.
- 3 In boni fortuna potes proximum tibi præferre.
- 4 Propounder varia sententia, affirmans, & negans te constitutum in æquali necessitate bonorum, que conferuare teneris potes alium tibi preferre.
- 5 Concilianter he sententia.
- 6 Satis rationibus n. 4. adducta.
- 7 Oppere mortem, & exponere te periculo vita ob conservandum vitam proximi extranei non est mortale, sed cauenda est cooperatio.

2. PRæmitto certa, ut gradum faciam ad dubia, & controverfa. Primo certum est te debere in æquali tui, & reipublica necessitate non solum bona fortuna, sed etiam vitam expendere pro reipublica conseruatione. sic D. Thom. ab omnibus recepius 2. 2. quest. 29. art. 3. quia bonum commune præferendum est speciali, pars expondera est ob conseruationem totius. Dixi, in æquali necessitate. Nam si res publica solum graviter, & non extremitate indiget, probabilitate non caret te obligatum non esse vitam expendere, quia tunc extrema tua necessitas praeponderat gravi reipublica. Item ius conferuandi vitam est homini maximè con naturale. Ergo non est obligandus amittere ob quamlibet reipublica necessitatem, sed solum ob extremam. sic Suarez 2. 2. disp. 9. de charitate, sect. 3. num. 1. Quod dictum est de reipublica, dicendum est de Principe, seu alia persona reipublica necessaria, si vere necessaria est, quia id ipsum

est reipublicæ prouidere. sic Suarez suprà. Valent. disp. 3. quest. 4. punct. 2. conclus. 4. fine.

2 Secundo est certum, in æquali necessitate tui, & cuiuslibet priuati te posse tibi, & non alteri prouidere, imo hoc charitatum conformius, que inclinat potius ad suum, quam ad alium. sicut te ipsum. sic D. Thom. suprà art. 4. Coninch. disp. 6. num. 79. Suarez disput. 9. sect. 3. & alij. Si vero necessitates disparent, ut si proximus sit in extrema, tu vero in gravi, ipse in periculo manifesto vita, tu in periculo solum probabilitas, poteris illem succurrere. At credo te non teneri, quid possis, probatur, quia iuxta ordinem charitatis est, ut bonum maius proximi proprio præferatur. At negari non potest vitam proximi, que alia via conferuari non potest, maius bonum esse, quia exclusio probabilis periculo vita propria, sicut grauius malum est mors terra quam periculum illius. Ergo charitatem conforme est, ut periculo probabilitas amittere vita propriam ob conseruationem aliena, grauius detrimentum patitur. Ergo ad hoc non est obligandus. sic Emanuel Saæ verbo charitatis, num. 2. in vitroque editione cum Nauart. cap. 2. num. 9. Tolci. libro 4. capite 10. numer. 4. Lopez 1. part. cap. 67. At vero si proximus in periculo vita verierit, tu vero in periculo admittendi fortuna bona, teneris illi succurrere, constabit ex iis, quæ disput. seq. de clemosyaa trademus.

3 Tertiò est certum in bonis, que ex obligatione conferante non tenemur, posse proximum nobis præferre. Quapropter licet nobis proximo egeni donare etiam ea, que nostro statui necessaria sunt, loquor de homine libero, non de parafamilias, cui alia via hæc prohiberi possent. sic Coninch. disp. 25. dub. 6. num. 79.

4 Dubium igitur est, an pecces contra charitatem, si confituras in æquali necessitate bonorum, quæ ex obligatione conferente ut vita, & corporis, cedas tui conseruationi, ut vita, & corpus proximi conserueretur?

Sunt qui affirmant te peccare, ea præcipue ratione moti, quia charitas obligat propriam, & alienam vitam conseruare, & exercit paribus potius obligat propriam, deinde alienam, quia, ut D. Thomas 2. 2. q. 26. art. 4. propria vita magis illi coniuncta est. Ergo contra charitatis obligationem procedit, si hanc ordinem peruerstis. Ergo peccas. sic Paludanus 4. distinct. 11. quest. 4. art. 2. conclus. 2. Gabriel. ibidem distinct. 16. quest. 4. art. 2. conclus. 1. & videatur esse Augustini lib. de mendac. cap. 6. vbi sit: Si quis exponat vitam corporalem propriam pro vita corporali alterius, iam non diligit proximum sicut se ipsum, sed plausum se ipsum, quod sanæ doctrina regulam excedit. Ergo est contra regulam charitatis. Econtra alij negant te peccare, sed potius dicunt te opus laudabile facere. Mouentur, quia non teneris ita propriam vitam conseruare, quin possis eam periculo exponere ob aliquem honestum finem, ut multis exemplis Lessius lib. 2. c. 9. dub. 5. à nam. 27. confirmat. Sed conseruare vitam proximi est honestus finis, & proprius virtutis charitatis, & fortitudinis. Ergo non peccas, si ob hunc finem exponas propriam. Deinde pro conseruatione tui status, acquisitione honoris, & rerum fortunæ potes laudabiles vitam exponere. Ergo à fortiori pro conseruatione vita proximi, quod maius bonum est. Denique pro conseruando statu, rebatur quæ fortuna alius domini se exponit famulus certissimis vita periculis, & stipendium accipit, ut sic obligetur. Ergo si id faciat ex liberalitate, laudabiliter est, & ita tenet Lessius lib. 2. capite 9. dub. 6. numer. 29. Coninch. alii relatis disput. 25. dubitatio. 6. num. 81.

5 Alij supradictas sententias conciliant, & primam sententiam procedere dicunt, quoties nulla specialis ratio adest, exponendi vitam propriam, nisi conseruatio alienæ, ut contingit cum illam exponis pro extraneo, nec tibi amico, nec benefactor, neque specialiter reipublicæ necessitatem. Secundum hanc sententiam dicunt procedere, cum aliqua specialis ratio intercedit, scilicet ostendere amico debitum amici officium, & gratificari illi beneficia, prouidere alium utilitati communis, quia tunc non amas proximum plusquam te, sed opus virtutis amas pro vita, ut dixit D. Thom. suprà relatus. sic Suarez. disp. 9. de charit. sect. 3. num. 7. Valent. disputatione 3. questione. 4. conclusion. 3. & hic modus dicendi mihi probabilior apparebat argumentis pro vitroque sententia additis.

6 Neque aduersari hunc modum dicendi urgent rationes allegatae pro sententia Lessii, & Coninch. Negamus namque conseruationem vita proximi amissionem propriæ scilicet finem honestum, quia est contra ordinem debitum charitatis. Erat autem finis honestus, si cum conseruatione vita proximi, ostensio amicitie, gratitudinis ad beneficia, fidelitatis, aut alterius virtutis coniungatur, ut contingit in omnibus exemplis alii à Lessio, & quæ adducta sunt in conseruationem illius negantur sententia.

Quod

Quod si obicitur: Si aliquis culpabiliter, vel inculpabiliter, rei inuidat, cuius ictus declinare non potes, nisi illum occidas, licet tibi absimere ab illius occasione, & permittere, ut te occidat. Ergo iam conseruatio praefata vita aliena est honestus finis ad permitterendam propriam mortem.

Respondeo negando consequentiam: non enim permittis te occidi ut alterius vita conseruationem praeceas: sed ne alium occidas, et enim octavo cibilibus hominis ita grauius, dura, & terribilis, ut acus sit pietatis ab illa abstinentia, etiam tibi licet: permittre ergo quam mortem ob huiusmodi finem actus est laudabilis.

7. Aduerit tamen Suarez disp. 9. sect. 3. num. 7. non esse peccatum mortale, sed solum veniale oppetrere mortem, & exponeat vitam propriam, pro conseruanda praeceps vita proximi ex parte, quia licet caritas obligat prius amare seipsum, quam proximum in equali necessitate etiam temporali, non tamen sub gravi obligatione hunc ordinem imponit, sed sub levi. Secundum aduerit esse catendum ne posuerit ad mortem propriam cooperari, existimat autem & bene te cooperaturum, si proximo periclitanti thare, cederes tabula iam a te occupata, ut ipse te lauaret, scimus te inde esse periclitatum: quia illa celio est quendam positionem in vndis immersum, quae tibi non licet. Secus vero si tabula a te occupata non esset, poterat tunc permittere alii occupati, quia tunc non cooperari morti propriez, sed obstat a conseruacione vite ob alterius vita conseruationem, & tradit Valquez opus. 4. et elemos. cap. 2. num. 2. Hac omnia dicta sunt de homini libero, cuius vita aliis necessaria non est. Nam si aliis necessaria est, ut filii, & vxori, & confanguinei cum ad bonum spirituale, cum ad temporale, nullo modo licet pro vita alterius priuatum hominis propriam exponere, sed grauitate talis peccatorum enim cum tantorum detrimento vita alterius succurrere debet. sic Coninch. disp. 23. dub. 5. in fine, n. 84. Bonacina lib. 3. cap. 4. de charitate, p. 4. fine, n. 6.

## PUNCTVM IX.

An ex charitate obligaris, & quando, salutem spiritualis proximorum bonis propriis temporalibus, fortune, & vite preferes.

i. Primitur iria certissima.

Si statuit regula ab omnibus recepta te obligatum esse salutem spiritualis cuiuslibet proximi, suis bonis temporalibus fortunis, & vita preferre.

Hac obligatio oritur in extrema proximi necessitate.

4. Si Petro dormienti, & in peccato mortali existenti, scires mortem enemuram, teneris citius peritio vita impeditre.

Iam est de infante Christiani filio.

6. Homini peccatori in extremis, non teneris semper cum periculo vita penitentia sacramentum ministrare.

7. Te inuidenter bene potes occidere, amesis in peccato moriarur.

8. Examiniuntur tres casus positi a Valentia.

9. Extrema casum extremum non teneris cum graui iactura succurrere proximo priuato in spiritualibus.

10. Proximi communis felicitatis res publica, teneris tunc periculo vita succurrere.

ii. Cuilibet proximo grauem necessitatem spiritualalem patiens tenere cum tuis tuo detimento succurrere.

11. Si superior, & pauperis, teneris cum periculo vita gravi spirituali necessitatibus proximi subvenire.

12. Non potes tempore pestis fugere.

i. Primito primo. Nominis proximorum, ut constat ex sa-  
pi dictis, non solum quilibet particularis homo intelligi-  
tur, sed a fortiori quilibet communitas, reipublica, & regnum.  
Item loqui possimus de obligatione hominis particularis, & pri-  
uati, vel de obligatione superioris, principis, & pasto-  
ris.

Secundum primito triplicem est necessitatem proximi de tuo auxilio leuem, grauem, & extreamam. Lewis est, quam proximus leui conatu, & facilis negotio, ab illo tuo auxilio repellere potest. Grauius, que sine tuo auxilio non nisi graui conatu, & difficultate ab illa se potest proximus liberare. Extrema est solum periculum extrema damnationis, a quo proximus ab illo tuo auxilio vel se omnino eripere non potest, vel cum tanta difficultate ex prudenti iudicio reputetur mortaliter insuperabile, ac proinde omnino impossibile.

Priuato tertio, ut proximo obligaris succurrere cum iactu-  
ta propria, duo fibi debent esse moraliter certa. Primo proximum indigere tuo auxilio, quia aliis non adest, qui succurrat. Secundo, auxilium tuum fore profutrum. In his tribus suppo-  
sitis, omnes conueniunt, ut videre est in Doctribus in discut-  
fa referendis.

a. Regula ergo certissima, & ab omnibus catholicis recepta

Etia, de Cairo. Sum. Mor. Part. 6.

est, te obligatum esse salutem spiritualis cuiuslibet proximi cuius bonis temporalibus fortuna, & vita preferre, ita ut si opus sit hæc omnia expendere pro illius conseruacione, id debetas facere. Probatur ex illo Ioann. 14. Hoc est preceptum meum, ut diligatis inimicis, sicut dilexi vos. At Christus dilexit nos expendendo propriam vitam pro nostra spirituali salute. Ergo sic debemus proximos diligere. Ex confirmatiori ex illo Ioann. cap. 3. In hoc cognovimus charitatem Dei, quia ille animam suam posuit pro nobis, & nos debemus pro fratribus animam posere, quem locum expendens Augustinus libro de mendacio cap. 6. dixit, temporalis vita sum, pro exteriora proximi non dubitabiliter Christianus amittere. Ratio est, quia bona spiritualia, & maximè exteriora excellentiora, & Deo gratioria sunt quilibet temporali bono, etiam proprio. Ergo ex charitate huius boni illa preferri debent.

Dificultas autem est, quibus eventibus id necessarium facendum sit, quod sequentibus conclusionibus explicabimus.

3. Prima concluſio est, in extrema proximi necessitate debes non solum bona temporalia, sed etiam vitam expendere, si tibi fibes est fore profutrum, sic cum D. Thoma 4.2. q. 2. art. 5. tradunt omnes eius expositores, Cajetanus, Bannes, Aragon, & alij Valent. disp. 3. q. 2. art. 4. p. 2. affer. 5. Torres disp. 87. dub. 2. conclus. Lorca sect. 3. disp. 28. membr. 2. Azor. tom. 2. lib. 12. cap. 4. Tolent. lib. 4. summ. cap. 10. Coninch. disp. 25. dub. 7. num. 86. Suarez de charitate, disp. 9. feb. 3. num. 2. Bonacina disp. 3. q. 2. art. 4. de charitate, p. 4. num. 2. Ratio est, quia præceptum expendendi vitam propriam pro salute proximi in aliquo casu obligat; allias supervacaneum est. Ergo ad minus obligare debes in casu extrema necessitatis.

4. Ex quo infero primò. Si Petro dormienti, & phreneticis laboranti, & in peccato mortali existenti mortem scires euenturans fuisse a se, fuisse ab alio, teneris cum periculo vita impedita si potes & moraliter certus es a peccato postea esse liberandum, alias non quia haec est extrema necessitas, sic Coninch. n. 87. Suarez disp. 9. sect. 2. m. 3.

5. Infero secundò. Si infans filius Christiani fidelis sit mortuus, indigentque Baptismum, quem abesse periculo vita conferre non potes, neque aliis sit, qui conferat, teneris cum periculo vita conferre, quia illa est extrema necessitas, a qua non potest infans se liberare. Neque obstat illam necessitatem prouenire ab extrinseca aliqua causa, scilicet a tyranno impeditiente Baptismum, ob cuius rationem negat dominus selecti. de secreto. membr. 2. q. 2. art. 6. conclus. non est hinc casum extrema necessitatis per te, sed per accidens, quia impertinetis est, a quo & quomodo proueniat necessitas, ut deobligeris: si de facto necessitas virget, sic Nuauar. cap. 24. num. 6. Lorca 2. 2. sect. 5. disp. 28. num. 32. Coninch. disp. 25. dub. 7. num. 88. Suarez disp. 9. sect. 2. num. 3. Bonacina disp. 3. q. 2. art. 4. de charitate, p. 2. num. 2. Valent. disp. 3. q. 2. art. 4. de charitate, p. 2. num. 2. in fine. Dixi si infans est filius Christiani fidelis, nam si filius ethnici sit, non est consilans inter Doctores, an parentibus inititis possit baptizari. In illo ergo casu, in quo baptizari potest, teneris cum periculo vita Baptismum illi conferre. sic Suarez. supra. Posse autem baptizari, quod ab illo vi illata parentibus, & graui illorum petributione fieri potest, communior fidei sententia. sic Coninch. supra. Scio tamen Emanuel. Saa verbo charitas, num. 4. in virgine editione, reputare te non esse obligatum puer huic Baptismum conferre cum periculo vite, alioquin enim teneretur mater grauius permittere se secare, ut filius in utero existens baptizatur, alioquin sine Baptismo mortuus, quod non est concedendum.

6. Tertiò infero quid dicendum sit de eo, qui diu vixit in confutacione peccandi, & morte proximus petit Confessarium, a quo absolvarur, an debas parochio, neque alio succurrente, absolucioni concedere cum periculo propriae vitae? affirmat Bannes 2. 2. q. 2. art. 1. Suarez. supra. num. 3. Valent. disp. 3. verificatur quartus casus, quia huic difficultatum est habere contritionem. Ergo repudianta est illa extrema necessitas.

Sed credo hoc solum esse intelligendum in homine rustico, aut proflus ignaro ad iustificationem extra sacramentum requiri contritionem, quia illa moraliter impossibile est contritionem habere, cum eius menti obligatio habendi contritionem non occurrit. sic Coninch. disp. 33. de charitate, dub. 7. num. 90. cum Nuauar. cap. 24. num. 8. & indicat Bonacina num. 2. quatenus dicit requiri ad extreamam necessitatem, ut non valeat actum contritionis elicere. Alias si cuilibet parenti absolucionem deberes cum periculo vita impenderet, non ob defectum contritionis in extreamum pereat, sine dubio obligatus esses tempore pestis, & in extreamis hostiliis deficientibus parochis cum periculo propriae vitae sic opacissim sacra menta ministrare, neque possit fugere, quod Doctores communiter negant.

7. Quartò infero quid dicendum sit de eo, qui te inuidat, cuius ictus declinare non potes, nisi occidas. Reputo te posse occidere, quia illa extrema necessitas non est, cum ab illa se liberare possit, sed possit est extrema malitia. sic Coninch. 2. numero 95. fine. Bonacina disputatione. 3. questione 4. puncto 4. numero secundo, fine. Sed quid si inuidator ebrios sit, aut phreneticus, teneris ne tunc te permitti occidi, ne in peccato aliis mortuari?

Respondeo te non tenet, quia nec reparare debes alium esse in peccato, neque si est, potest esse conterendum, neque te ita esse dispensatum, ut mortem subitaneam, & non praemeditatam subite possis sine periculo damnacionis.

8 Quinque in inferno quid dicendum sic de tribus illis casibus relativis à Valent. *sapra*, in quibus ipse agnoscit extremam necessitatem: Primus est de illis ruficis, qui à concionatore hereticorum rediuntur, neque est, qui valeat eos ab ignorantia liberare. Secundus de celebrantibus aliquem contractum virum ex ignorantia vincibili, in qua creduntur persecutari, nisi tu succurras. Tertius de filia, quam pater ob paupertatem lesioni tradit contra eius voluntatem.

Respondeo in supradictis nullam adesse extremam necessitatem. Nam vel illi seduici ignorantia vincibili laborant, vel non, si non; non committunt peccatum, si laborant vincibili ignorantia absoluunt, etiam cum difficultate ab illa se liberare possunt. Ergo non est extrema necessitas. Filius vero est aliquo modo coactus a parentis reverentiam peccato confessatus; at liberè contentus, & potest sustinendo iram parentis à peccato abstine-re. Ergo extrema necessitate non laborat. Adde præsumti non posse supradictos semper in peccato esse persecutores, neque aliquando esse à Deo illuminandos. Et ita à necessitate extrema, & obligatione succurrere cum periculo vita hos causas excludit Coninch. *dis. 25. dub. 7. num. 101.*

9 Dico secundum. Extra calum extrema necessitas non tenetis cum periculo mortalitatis proprie vita, aut amissione membrorum, aut gravi iactura bonorum fortune succurrere proximo in spiritualibus. sic D. Thom. 2. 2. *q. 26. art. 5. ad 3. Nauart. c. 14. num. 31.* Coninch. *dis. 25. dub. 7. num. 96.* Valent. 2. 2. *dis. 3. q. 28. 4. p. 2. num. 3. q. 28. 4. p. 5. assertio.* Suarez *dis. 9. de charitate. f. 1. num. 4.* Bonacina *dis. 3. q. 28. 4. p. 4. num. 2.* Eman. *Saa verbo charitatis. num. 2. & 5.* Ratio est, quia non decet suavitati legis Evangelicæ ob necessitatem proximi, à qua ipse se potest liberare, & esse arctandum ad propriæ vitæ, bonorumque fortune amissionem: ius enim conservandi propriam vitam, & ea quæ vita sunt necessaria, est maximè naturale. Non ergo amittendum est ob necessitates paucum occurrentes, quales sunt graves proximorum necessitates. Hinc infero te non esse obligatum cum periculo vita, vel iactura gravi honoris, & diutiarum peccatum proximi impeditum, cum quia cum ipse peccat, non laborat extrema, sed ad summum gravi necessitate. Tum quia potest postea se ab illo peccare per conscientiam liberare. Secundum infero te non teneri ad Indos proficisci, quia neque ipsi laborant extrema necessitate: cum sint alij qui succurrant ex obligatione, neque est moraliter certum ut post succurrere. Ergo non tenetis ob eorum salutem procurandam periculum navigationis subire, & exilium ita graue pati. sic Bonacina. *dis. 3. q. 28. 4. de charit. part. 4. num. 2. fine.*

10 Dico tertio. Proximo communis (hos est reipublicæ) in gravi necessitate constituto teneris etiam cum periculo propria vita succurrere. sic Coninch. *dis. 25. dub. 7. n. 99. & 100.* Bonacina *sapra num. 5. & Suar. dis. 9. f. 2. num. 4. v. 4.* vt probabile defendit. Ratio est, quia vix fieri potest reimplicare pati gravi in spiritualibus necessitatem, quia plures particulates patiuntur extrema. Deinde illa necessitas communis est gravissimum dampnum, cui meritò succurrer debet amissione vita aliecius particularis, quae minus dampnum est. Addo cum via in communitate gloriantur, & plures perueruntur, honor diuinus pericitur. Teneatis ergo pro illius defensione periculum vita labore. Ex quo fit, si leicas concionatorem paruum doctrinam in populo seminaris, plurique esse perueruntur, & spem habeas impediendi, si te opponas, ut obligatum esse. sic Suar. & Coninch. *sapra*, quia tunc pro fide periculum labis. Sit secundus, si in persecutione, a hostili incircione plebis aliquis casaret, qui illi sacramenta ministraret, & ex alia parte grauius periculis peccandi, amittendi, que sidem esset expoita, videris teneri cum periculo vita.

Dixi, in gravi necessitate constituto reipublicæ esse obligatum esse cum gravi roto detrimento succurrere: nam si leuem tantum necessitatem pacatur, obligandus non es ob illius tenuendum gravius iacturam etiam bonorum fortune pati. Non enim iustum est tibi grauem obligationem imponi ob necessitatem, cui facile ab ipso patiente succurrer potest. sic supponunt DD. *sapra* relati, & exp̄s̄ tradit Bonac. *dis. 3. q. 4. de charit. part. 4. n. 3.*

11 Dico quartu[m] cuicunque proximo gravi necessitate spiritualiter pertinet teneris succurrere cum leui roto detrimento, secus parienti leuem necessitatem. sic Coninch. Suar. *dis. 25. dub. 7. n. 99. & 100.* Suar. *dis. 5. f. 2. de charit. n. 3. conclusio.* Eman. *Saa verbo charitatis. num. 5.* Valent. *dis. 3. q. 28. 4. p. 5. p. 6. conclusio.* Verbi terio dico. Ratio est, quia gravis necessitas spiritualis bonum est superioris ordinis, quod preferri debet cuilibet iacture temporali leui; si enim cum cauus iniimens gravis necessitatem temporalem patitur, teneris, si absque tuo detrimento potes, succurrere, ut patet ex illo Exod. 21. Si occurreris boni inimici tui, aut usino erranti, redire ad eum. Si videris asinus odientis te, non pervergib[us], sed subleuibus cum eo. & Proverb. 25. Si ejusviter inimicus tuus sis illum. Ergo a fortiori tenebris, cum in rebus spiritualibus grauiter indiger.

12 Dico quinto, si de te principe, pastore, & superiore lo-

quamus, generis cum periculo vita propria gravi necessitati spirituali cuilibet subdit occurrere, & moraliter speras remedium pro futurum. sic D. Thom. 2. 2. q. 26. art. 5. & cum eo expoitores communiter Valent. *dis. 3. q. 28. 4. p. 3. circa fin. Suar. dis. 9. f. 2. num. 4.* Coninch. *dis. 25. dub. 7. num. 101.* Bonacina *dis. 3. q. 28. 4. de charit. p. 2. num. 5.* & videtur esse sententia August. *epist. 101. ad Honoratum.* Ratio est, quia ij ratione officij, & ob stipendium à subditis acceptum obligantur cum proprio detimento illorum spirituali necessitatii succurrere. Item ij archis obligantur, quām reliqui priuati; sed priuatus obligatur proximorum spirituali necessitatii extrema succurrere. Ergo ij obligantur occurrere gravi. Dixi te pastorem cum periculo vita propria obligatum esse spirituali necessitatii gravi cuilibet subdit occurrere. Quod intelligendum est, nisi ex occurrere reliqui grāuē dampnum patiuntur; ut contingat, si tua vita est necessaria reipublicæ, & ob bonum vniuersitatem expōnes. Imprudenter fanè, & contra charitatem facies salute vniuersi damnationem multorum comparare; sic colligunt ex Coninch. *dis. 25. dub. 7. n. 96. fine. verf. excipiendo tamen eas.*

13 Hinc sit primò tempore petitis non potest te pastorem fugere, nisi relatio alio, qui vices tui gerat sufficiens, qui gratiæ indigena subditis administratione sacramentorum, reliquaque spiritualibus subditis ad salutem. Et idem est si haec per utrumque plebem. Officium enim boni pastoris, ut dixit Christus, *Iosann. 10. est anima suam dare pro oib[us] suis.* sic Valentia, *punct. 1. circa finem.* Bonacina *num. 5.* Coninch. *dis. 25. num. 102.* Suarez *f. 2. num. 4.* Sit secundū instanti tali necessitate, & inutile subdit te non posse officio, & beneficio renunciare, sciat nec miles renunciare potest militia instanti necessitate pugna. Alias nullus est potest obligatus ouibus assistere, cum potest facile hoc remedio ad fugiendum vici. sic Coninch. & Valent. *sapra.* Excipe tanten nisi sit alijs idoneus, qui ad sufficiendum officium sponte se offerat, neque subdit possit esse rationabiliter innui, siquidem corum necessitati sufficiens prouidetur. sic Valent. *dicta dis. 3. qu. 4. part. 3. fine.*

## P V N C T V M X.

An possis, vel tenearis vnum proximum p[ro] alio diligere.

- 1 Teneris vnum proximum p[ro] alio diligere.
- 2 Satisfaçt cuidam obiectio[n]i.
- 3 Obligatio es preferre eum, qui tibi coniunctior est.
- 4 Comparationi Dei unica est continentia in specie, tametsi vari gradus. At comparatione diligenter multiplex est continentia.
- 5 Proximus pati potest necessitatem in temporalibus, vel spiritualibus bonis.
- 6 Necessestis proximi, alia gravis, alia extrema, & quando, in utroque proximo est gravis, potest esse in uno gravior.
- 7 Coniunctio naturalis preferenda est spirituali.
- 8 Satisfaçt obiectio[n]i.
- 9 Consanguinei peccatores tum in spiritualibus, tum in temporalibus preferendi sunt extraneis sanctioribus.
- 10 Amici aliquando proferunt consanguineos.
- 11 Frater amicus, & benefactor in extrema necessitate preferendus est.
- 12 Pater, vox, illius frater, creditori sunt preferendi.
- 13 Coniuncti in eodem ordine qui sunt alii preferendi.
- 14 Non est mortale possidum ordinem invertere.
- 15 Quod dicitur de consanguineis, dicendum est de reliqua.
- 16 Benefactor beneficato preferendus est, sicut in iustitia fidelis inservit.

1 Certeissimum est te posse & aliquando teneri vnum proximum p[ro] alio diligere, quia vnuus p[ro] alio tibi, & Deo coniunctior est, sic cum D. Thom. 2. 2. q. 26. art. 6. tradunt omnes eius expoitores. Valent. *dis. 3. q. 4. p. 4.* Torres *dis. 76.* Suarez *f. 2. num. 4. f. 2. num. 2.* Coninch. *dis. 25. dub. 8. p[ro]p[ri]etate num. 112.* Bonacina *dis. 3. q. 4. de charitate punct. 5.* Quod non solum intelligentium est de dilectione in effectu, id est, in exteriori beneficentia. In quo nullus contradicet, cum manifestum sit existente patre, aut matre, & alio homine ignoto in extrema nec existente corporis, vel animi, neque possim virique succurrere, sed necessario vnuus omittendum sit; debet omittere extraneum, & coniunctio succurrere, ut dixit D. Aug. lib. 1. de doctrina Christiana, c. 28. cum omnibus prout non possit, his portisimum confundendum est, quibus pro locorum, & temporum, vel quaramlibet rerum opportunitatibus constrictus, tibi quasi quadam forte iunguntur. Non solum inquam intelligentia est conclusio de dilectione in effectu, sed etiam in affectu. Neque enim in effectu vnuus p[ro] alio diligere in effectu vnuus p[ro] alio est conferre illi bonum aliquod altero omisso, diligere in effectu vnuus p[ro] alio, est velle conferre illi bonum altero omisso. Ergo impossibile est posse te, & teneri vnuum proximum diligere p[ro] alio in effectu, quin simul in affectu tenearis.

2 Neque aduersus hoc obstat August. loco relat[us], cum dixit

omnes

omnes homines & quae diligendi sunt, sed cum omnibus prodeesse non possumus, &c. Vbi videtur distinguere dilectionem a beneficencia & in dilectione affirmat omnes debere esse aequales, secus in beneficencia, quod clarissim dicit c. 6. ad Galat. super illa verba, Operante locum ad omnes, maxime ad domesticos filios. Omnibus inquit pari dilectione via optanda est, et si non omnibus eadem possunt exhiberi dilectionis officia. Non, inquam, haec obstant. Omnes enim ex parte nostra sunt aequaliter diligendi, qui omnibus debemus velle que benefacere, si omnibus possumus. At calu quo omnibus prodeesse non possumus, tenemur coniunctio rem minus coniunctio praefere, & hoc velle.

3. Difficultas autem est, qui proximi, & quibus in eventibus praetendunt alii sint? Et calu procedit, cum obligatus es omnibus benefacere, neque pores; sed necesse est aliquis omitendum est, quis debet omitti?

Po quod suppono primum, charitatem semper obligare ad praefendendum eum, qui tibi coniunctior est altero non ita coniunctio; quia, ut redit ad D. Thom. 2.2. q.26.art.6, cum est aliquis ordinis seminaris, ille praefendens est, qui principio ordinis fuerit coniunctio. Dupliciter autem quis est, qui potest coniunctio principio charitatis, iuxta duplex charitatis principium. Primum si sit coniunctio diligent, Secundu si sit coniunctio Deo, propter quem omnia diliguntur. Contingit autem sive est quem diligenter coniunctio, quia est consanguineus, & alter extraneus, & Deo minus coniunctum, quia est minus sanctus, & tunc est difficultas infra examinanda, qua coniunctio praepondet.

4. Secundu suppono coniunctionem respectu Dei vnicum esse in specie, qui sit per sanctitatem: in hac tamen sunt varijs gradus, iuxta maiorem, vel minorem sanctitatem, ita ut illi erit Deo opinior, qui magis sanctus est, & ille minus coniunctus, qui minus sanctus est. At respectu diligenti, multiplex est coniunctio in naturali, & in consanguinitate, & in amicitia, & in societate, alia spirituali, qualis est inter omnes fratres, & precipue inter eos, qui eiusdem religionis sunt, inter Confessorum, & penitentium, inter praedicatorem, & suo medio coniunctum ad fidem, & maxime superiorum, & subditum.

5. Tertiu suppono proximos pati posse necessitatem, cuius auxiliu in diversorum bonorum genere, aliis in spiritualibus, aliis in temporalibus, & aliis extremis indigere potest, aliis solius grauitate. Et quidem in hac compatione attendenda sunt regulae superiori pumpe posita. Ex illis enim conflat necessitatem extream spinae, cui libet temporali necessitatē etiam coniunctio esse praefendendam, siquidem propriæ vita preferitur: si autem spirituali necessitate solium gravis sit, sicut cum iactura mortis bonorum gravi occurrere non obligari, ita neque cum iactura illorum, qui tibi coniuncti sunt, tamen patiens spirituali necessitatem, ex quo tibi coniunctus est, ac patiens temporalem, sine dubio ille huic est praefendens.

6. Quartu suppono necessitatem proximorum posse esse variam etiam in coenam generis bonorum: nam in uno potest esse extrema, in alio gravis, & quando in utroque est gravis, vna potest esse alia maior. Item possunt proximi, se in iunctem in coniunctionibus excedere, ita ut coniunctio in consanguinitate, in amicitia & in spirituali vinculo sit omnino diversa. Quapropter vita potest tunc definiri, quis debet in amore praferri: quia satis tunc debum est, quis absoluere principio charitatis sit coniunctio. Peccata tuae sunt circumstantia occurrentes, tunc necessitas, cum ipsi futuri fructus, tunc praecipue ex eius salute maior aliorum speratur fructus: & ex his iudicium ferendum est. sic Suarez disp. 9. sec. 4. n. 149. & 161. Et quidem in necessitatibus temporalibus credo omniuto certum, debere patrem carnalem spirituali praferri, & filium naturalem spirituali subditum, sic de reliquis. Solum de necessitate spirituali censem aliqui patrem spirituali esse praferendum, sic Bonacina disp. 3. q. 4. de charitate, q. 5. in fine, cum Abulensis in Matth. q. 66. & Reginald lib. 4. n. 117. Valent. disp. 3. q. 4. punct. 5. verste. tertio sequitur, quia in spirituali bonis patris spiritualis tibi coniunctio, quam carnis. At omnino remendum est, contrarium, cum Suarez, fat. 2. n. 149. Coninch. & aliis ab eis relatis, quia carnis coniunctio non solum obligat ad prouidendum sic coniunctis in bonis temporalibus, sed praecipue in spiritualibus, ipsoce magis necessitatis. Ergo obligat ad praferendum hos sic naturaliter coniunctos eis, qui solum extinxerunt; & in spiritu coniuncti sunt.

7. Quintu dubitatus, in coniunctio naturalis praefenda sit spiritualis, & au pater naturalis praefendens sit spirituali, etiam patris, & filius naturalis spirituali subditum, & sic de reliquis? Reponendo coniunctionem naturalem per se esse necessitatem praefendandi, quia haec est intimior coniunctio, antiquior, & immutabilior, & maiori beneficio fundata. sic Suarez disp. 9. sec. 4. n. 117. Coninch. disp. 25. n. 149. & 161. Et quidem in necessitatibus temporalibus credo omniuto certum, debere patrem carnalem spirituali praferri, & filium naturalem spirituali subditum, sic de reliquis. Solum de necessitate spirituali censem aliqui patrem spirituali esse praferendum, sic Bonacina disp. 3. q. 4. de charitate, q. 5. in fine, cum Abulensis in Matth. q. 66. & Reginald lib. 4. n. 117. Valent. disp. 3. q. 4. punct. 5. verste. tertio sequitur, quia in spirituali bonis patris spiritualis tibi coniunctio, quam carnis. At omnino remendum est, contrarium, cum Suarez, fat. 2. n. 149. Coninch. & aliis ab eis relatis, quia carnis coniunctio non solum obligat ad prouidendum sic coniunctis in bonis temporalibus, sed praecipue in spiritualibus, ipsoce magis necessitatis. Ergo obligat ad praferendum hos sic naturaliter coniunctos eis, qui solum extinxerunt; & in spiritu coniuncti sunt.

8. Neque obstat Ambrosius lib. 1. offic. cap. 8. quem sequitur D. Thom. q. 26. art. 8. ad 1. dicente. Neque enim minus vos diligio, quos in Euangelio genui, quam si in coniugio suscepistis, non enim vehementer est natura ad diligendum, quam gratia: plus certe diligere debemus, quos perpetuo nobiscum putamus patios, quam quos tantum in hoc saeculo. Non inquam, obstat; Ferv. de Castro Sum. Mor. Pars I.

quia 5. Ambrosius loquitur de amore, quem ipse erga filios spirituales habebat, neque agit de obligacione illos praet aliis amandi; cum autem dicit plus esse diligendos, quos perpetuo nobiscum putamus futuros, quam tantum in hoc saeculo, loqui potest vel de amore complacentia, vel certe extra causam necessitatis, vel non comparat spiritualiter coniunctos cum carnaliter iunctis, sed absolute sanctos cum peccatoribus, & tunc certum est sanctos esse magis diligendos.

Item non obstat Praelatum obligatum esse sibi subditis prouidere in graui necessitate, ut inde colligatur subditos filii naturalibus, aut factem fratres naturalibus, aliusq confangineis remortis, tum in temporalibus, tum in spiritualibus esse praferendos, quia si loquamus de confangineis intra primu gradum omnino, tam in temporalibus, quam in spiritualibus sunt praferendi illis, quorum cura tibi commissa est, quia non conferis illorum iura suscipere derogante obligationi naturali debita iis subueniendi. Extra primu gradum non est ita certum, cum non sit ita stricta coniunctio, & ita poterit obligacione subveniendi subditis vinci. sic Suarez disp. 9. sec. 4. n. 162. Coninch. disp. 25. sub. 9. n. 168. & 169. iuncto, n. 151. Si autem loquamur de subditis religiosis, valde probabile reputat Coninch. n. 152. & 171. posse, & debere Praelatum illis prius prouidere, quam quibuscumque confangineis (excepto parente) cam in temporali necessitate, quam in spirituali, quia ipsi se totos religioni tradiderunt, & loco parentis religionem suscepserant, & sub ea cura eos religio recipit.

9. Sed quid si consanguinei sunt minus sancti, vel forte peccatores, praefendunt sunt extraneis sanctioribus? Assum Gabr. in 3. distin. 29. art. 2. concl. 7. & ibi Magist. Muentur, quia sunt Deo magis coniuncti. Sed charitas primu respicit Deum. Ergo primu respicit, qui Deo coniunctores sunt. Item sanctiores diliguntur a Deo praet aliis. Ergo qui eos praet aliis diligenter, voluntati diuina se conformaret. Nihilominus dicendum est confangineis, eti peccatores sunt, sancti oribus extraneis esse praefendendos, tum in spiritualibus, tum in temporalibus in causa necessitatis, & in quo semper loquitur. sic Suarez disp. 9. sec. 4. n. 19. Coninch. disp. 25. sub. 9. n. 140. cum D. Thom. communiter receperit 9.26. art. 7. Ratio est, quia ex charitate obligari sanguine iunctis, quia tibi iuncti sunt succurrere. At sanctitas non tibi inducit hanc obligationem. Ergo item charitas naturam perficit, sed natura inclinat amare tibi coniunctos sanguine, potius quam membrorum & sanctiores. Ergo sunt in dilectione praefendendi.

Neque obstat contra.

Ad primum dico sanctiores esse Deo magis coniunctos, & obiecta magis diligencie secundum se, ac proinde magis amanda esse amore complacentie, non approbationis, non esse obiecta, quia ex obligatione sunt magis diligenda amore ab soluto, & appreciativo. Alias obligatus esse sanctiores diligere, illisque prudenter, potius quam tibi in peccato existenti.

Ad secundum dico Deum amare sanctorem prae minus sancto, at tu non tenetis antea illum, nisi solium amore complacentie, at amore ab soluto, & desiderio efficiat minus sancto tibi coniuncto potes desiderare eam, & maiorem sanctitatem, qui in hoc desiderio diuina voluntati se conformas. Adde rationem diligendis esse Deum, sed obligatio vnam præ alio diligendi non tam ex coniunctione ad Deum, quam ex coniunctione ad diligenter desiderante est.

10. Secundu dubitatur comparando naturaliter iunctos cum iunctis humana coniunctione, an coniunctio naturalis semper praefenda sit humana coniunctionis, & an pater, frater, vel consanguineus praefendens sit amico, & beneficiario?

Répondeo omnes hos non esse necessariò praefendendos, sapientia enim amicitia ita arcta esse potest, & beneficentia ita eximia, ut coniunctionem consanguinei intra secundum gradum euincat. sic docet Valent. 2.1. disp. 3. q. 4. punct. 5. verste. quartu sequitur. Bannes 2.2. q. 26. art. 8. in fine, sub. 1. Coninch. disp. 25. sub. 9. n. 152. Solum est dubium de confangineis in primo gradu, nempe de filio respectu patris, & de parte respectu filii, & de fratribus inter se, atque iij necessariò debeat semper praferri amico, & beneficiarii insigne? De parte, filio, & vxore sed omnes Doctores sentiunt esse necessariò praefendens cuilibet amico, & beneficiario ob horum strictissimam coniunctionem, sic docent cum D. Thom. 2.2. q. 26. art. 6. & 9. omnes eius expositores Coninch. disp. 25. sub. 9. n. 152. Valent. 2.1. disp. 3. q. 4. punct. 5. verste. quindecim sequitur, & alij apud ipsos. Neque enim, ut ait Aristoteles, 8. ethic. cap. ult. Diis, parentibusque possunt reddi e qualia. Solum in causa quo pater, filius, & vxor obligacione debita sui munera non sati sacerent, sed potius contraria facere procurauerint, existimant plures Doctores te posse amicum, & beneficiarem insignem illius praefere, non tandem ad id tenet. sic Suarez disp. 9. de charitate, sec. 4. num. 15. Coninch. alij relatis disp. 25. sub. 9. n. 152. Valentius disp. 3. quarto. 4. punctum 5. verste. nibilonimus. Quid possit praefere probo; quia licet una virtus excellenter alia sit, ex uno genere: at in individuo potest inferior vincere superiorem, saltem quoad obligationem exercendi proprium actum, & contingit in die festo, cuius obligatio audiendi lacrum celsate solet ob exercitium virtutis misericordie cum proximo graver meo auxilio indigente. Ergo licet pietas in parentem, filium, & uxorem longe superet virtutem amicitiae, & gratitudinis.

At ita potest esse debita amicitia, & gratitudo ob singulata beneficia, ut vincat pietatem, quae attentis circumstantiis videtur in debita. Quod vero non teneatis amicum, & benefactorem præponere supradictis consanguineis probo, quia etsi consanguineus ob mala opera in te facta aliquid de iure sibi debito amiserit, remittere illis possum, & ius illesum, & integrum, quod à natura habent, conferuare.

11 Quid si fratrem comparas cum amico, & benefactore. Affirmat Lorca 2.2.q.26.art.9.n.4. raro fore peccatum mortale amico, & benefactori postponere, iuxta illud Proverb.18. Vit amabilis ad societatem magis amicus erit, quam frater. Dicendum tamen est semper esse pescatum mortale in extrema necessitate præferre amicum, & benefactorem fratris, nisi in calo superius dicto, cum frater iura fraternitatis violaret, vel amicus esset insignissimus benefactor, quia coniuncti fraternitatis est, nimis fricta, quan derogari non decet ob quæcumque signa amicitiae, & benevolentiae. Addit, ad exagrandam alieuius amicitiam viim comparatione frateram dilectionis, & affirmamus illos amare, ac si fratres essent. Ergo fratres amici per se sunt necessarii præferendi. Neque obstat locus Proverb. ibi enim tantum significatur societas amici nos magis delectari, quam cuiuslibet consanguineis vel significatur interdum amicum esse nobis fideliorem, & viiorem fratre. Ex quo tamen non sequitur esse in necessitate præferendum.

12 Hinc inferitur, quid dicendum sit de patre, vxore, filio, & fratre comparatis cum creditore?

Respondeo hos in extrema necessitate existentes creditori esse præferendos, quia cessat obligatio solvendi debitum, cum hos habes extremè indigentes. Ita Torres disp.82.dub.9.ad fin. Bonac. disp.3.q.4.punct.4.n.3. Lessius l.2.c.16.n.14. Coninch. disp.25.dub.9.n.168. Et 169. In eo si graui necessitate laborant, non videtur improbabile hos creditori simili necessitate laboranti poti præferri, quia tui necessitas gravis & teat per restituitione debiti antea contrahisti, defendit Lessius lib.2.cap.16.dub.1.n.20. Ergo etiam necessitas horum, qui ita tibi coniuncti sunt, reputare enim potes propriam eorum necessitatem.

13 Terti dubitatur comparando coniunctos in eodem ordine, quos debetas præferre, cum omnibus occurrere non possis; Communis est sententia in coniunctione naturali patrem omnibus esse præferendum, secundò mo. rem, tertio vxorem, quartò filios, quia illo ordine sunt tibi coniunctiores. sic Coninch. disp.25.de charitate, dub.9.num.149. Bonacina disp.3.q.4.punct.5. numer.2. Suarez disp.9.set.4.à num.5. Valent.2.2.disp.3.q.4.punct.5. post medium. Sed aliqui Doctores hunc ordinem inveniunt. Affirmant namque matrem patri esse præferendam, tum quia magis amat filium, tum quia in eius educatione plus labarat.

Sed absoluè retinenda est communis sententia; neque enim haec rationes præponderant ei, quam pater pro se haberet, scilicet esse filii principium; ob cuius causa tenetur arctius, quam mater filio prouidere, & illius curam gerere. Alij affirmant vxorem parentibus esse præferendam, iuxta illud Genes. 2. Quoniam relinquit homo patrem suum, & matrem, & adhuc erit vxori sue, & Matth.19. Iam non sunt duos una caro. Sed quilibet se ipsum præferre debet parenti. Ergo etiam vxorem præferre debet. Ceterum haec non coniunctum, quia haec solum probant quod elecione status vxorem esse præferendam, & quod ea, quae ad gubernationem domus pertinent, non tamen quod extremam necessitatem. Alij deinde preponunt filios, tum parentibus, tum vxori parentibus præponunt, quia amor filiorum est antiquior, & cura illis prouidens arctior est in parte, quam in filio respectu parentis, iuxta illud 2.ad Corinth.12. Nec enim debet filii parentibus sis aueritate, sed parentes filia. Vxori autem præponunt ob eandem rationem, & quia vxor assūmunt proprii filios gignendos, sic Valent. 2.2. disp.3.q.4.punct.5. verba decimo sequitur. At credo parentes semper esse præferendos filii in calo necessitatis, tum quia beneficium à patre acceptum, est omnium maximum, siquidem ex illo habes esse. Ergo hunc Deus omnibus præferendos est, quia tibi concutit esse, ita suo modo tuus pater omnibus præferri debet, tum quia occiso patris, aut illius maleficio grauius peccatum est, quam occisio, & maledictio filii, ut constat Exod.12. & Leui.20. Ergo auxilium pro conservanda illorum vita magis est debitum. Tator tamen appetitum saepe inclinare magis ad amorem filiorum, quam parentum, cùque de causa facilis patrem amare filium, quam econtra: non tamen inde inferitur patrem non esse præferendum, cum charitas, & inclinatio rationalis nature ad patrem potius, quam ad filium propendeat. Neque obstat locus Pauli ad Corin.12. quia solum probat extra necessitatem filios, præcipue non emancipatos esse parentibus præferendos, quia filii sub cura, & prouidentis parentum existentibus teneret pater, tum in temporalibus, tum in spiritualibus prouidere, & inuigilate pro maiore illorum profectu. Addit, neque etiam extra necessitatem in temporalibus teneret filius, etsi possit prius aliis filiis prouidere, quam parenti, quia prouidendo parenti, prouidet & sibi, cum bona parentis iure hereditatis ad ipsum deueniant, & nemo tenetur alii cum iactura proprietatum bonorum extra necessitatem occurrente. sic Coninch. disp.25.dub.6. 2.14.

De uxore non est ita certum, an debeat filiis præfert? Credo probabilius eum Suarez, Bonacina, Coninch. & alii esse præferendam, tum quia est principium filiorum, tum quia est tibi intimo vinculo coniuncta. Neque solum proprii filios assumunt, sed ad vitam solitum. Copula autem est, quæ propter filios gigantibus, vel sedandas tentationes allunenda tantum est.

14 Adverte tamen inter hos consanguineos ita strictè iunctos non esse mortale, affigatum ordinem invertere; quia excessus coniunctionis non est ita grauis, & quia non est satis conatus, qui exceedant. sic Bonac. disp.3.q.4.punct.5.n.2. Suarez. disp.9.set.4.n.8. Secundò aduerto supradictum ordinem seruandum esse, ceteris paribus. Nam si pater sit crudelis, & mater benefica, sine dubio mater præferenda est, quia ultra vinculum coniunctionis naturalis addidit benevolentia & vineulum. sic D. Thom. q.26.art.10. Reginald.lib.4.n.11. Bonac. disp.3.q.4.punct.5.n.2.

15 Quod dictum est de his consanguineis, dicendum est de reliquis, illos esse alios præfendos, ceteris paribus, qui sibi magis coniuncti sunt; & proportione feruata, dicendum est de tibi coniuncti sp. i. tituli patrem, inquam, spiritualiter præfendrum esse filio spirituali, & hunc fratibus spiritualibus. sic Bonacina supra num.4. At si filius spiritualis non tantum si filius in laeta significazione, qualis est tua industria ad fidem conuersus, sed etiam strictè, videlicet quia sub tua cura est, quia illius es pastor, censeo eius bonum patri spirituali præferendum esse, quia pater spiritualis non est tibi commendatus, sed potius tuus plibidus aures tibi omnino commendatus est. Ergo tenetis subditum præferre cuiuslibet alij, qui tibi naturaliter non est coniunctus.

16 Duplex restat comparatio. Prima benefactoris cum beneficiario, qui debet præferri?

Respondeo benefactorum ex hoc titulo semper præsenti debet resqua beneficium acceptum obligat recipientem, ut gratum lo benefactori ostendat. At beneficium datum non obligat ad villam gratitudinem. Cum hoc tamen stat, beneficium sepe ardenter diligi a benefactore, ut recte probat D. Thomas 2.2. q.26. art.12. Valent. disp.3.q.4.punct.5. in fine, verba decimo sequitur Suarez. disp.9.set.4.n.9.

Secunda comparatio est peccatoris cum iusto, fidelis cum infidelis. Et respondeo ceteris paribus fidelem, & iustum peccator, & ipsifidi esse præferendum, sicut & magis iustum minus iusto, quia in isto genere coniunctionis arctius sibi iunguntur, & videtur constare ex illo ad Galat. 6. Dum tempus habemus operem bonum, ad omnes, maxime ad domesticos fidei, sic ex communione tradit Coninch. disp.25.dub.9.num.142. Ceterum credo te posse, (etsi non tenearis) peccatorum in extrema necessitate temporali laborantem præferre homini iusto: quia in peccatore est periculum aeternæ condemnationis; quod non adest in iusto. Deinde quia in peccatore videatur simili cum corporali necessitatibus adesse spirituali. sic Bonac. disp.3.q.4.punct.5.n.5. fine.

## DISPUTATIO II.

De externo effectu charitatis, qui est eleemosyna.

**V** A R II enumerantur effectus charitatis, alij interni, alij externi. Interni sunt complacientia, desiderium, gaudium, in bono Dei, & proximi, misericordia in proximum, que consistit in compassione alienæ miseriae, de quibus effectus nihil speciale notandum occurrit, videatur D. Thom. 2.2. q.27.28.29. Et 30. vbi eos optimè explicatur. Alij sunt effectus externi charitatis, in quibus explicantur DD. sermones protendunt. Primum est generalis, qui est beneficentia, quæ, ut ait D. Thom. q.31. communiter receptus, consistit in faciendo alicui bene: at quia duplicitate proximo facere bene potest, corporaliter, inquam, & spiritualiter, iteo beneficentia dividitur in corporalem, & spiritualem. Corporalis beneficentia arogat sibi nomen eleemosyna, spiritualis beneficentia vocatur corripio; & iuxta hanc divisionem disputatio erit de eleemosyna, sequens de correptione.

## PVNCTVM I.

Quid sit eleemosyna, & quotplex.

1. Expenditio definitio eleemosyna, & qua virtute procedat.  
2. Duplex est beneficentia, corporalis, & spiritualis, & viraque explicatur.

1. Eleemosyna est alienæ miseriae sublevatio. sic diuus Thom. 2.2. q.31. art. 1. & cum eo omnes Doctores. Hoc sublevatio si procedat ex voluntate præcisè, quia tibi aliena miseria diligenter, sámque remouere intendis, erit actus exterior virtutis moralis.